XXXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Musarum proles, comitum ver, nobile germen,
 Florigeras Charites adrea vitæ ligans,
 Exiit e vivis Euphemius, atque fideli
 Non tulit accensam sponsus amore facem.

B

XXXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sic Charites Musis: « Quid agendum? liquit imago
 Facta manu nostra mortalem Euphemius auram. »
 Sic Musæ ad Charites: « Quoniam crudelia fata,
 Hæc habeant; maneat nobis immobile votum:
 Tanta super terram nunquam formetur imago. »

XXXVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Fontes, et fluvii, sylvæ, volucresque sonori,
 Qui tenui canitis gutture, fronde super,
 Tranquillumque ferens somnum molli aura susurro,
 Et virides horti quo coeunt Charites,
 Lugeite. O præstans Euphemias! Ecce recedens
 Nomine te celebrem reddidit Euphemius.

Κάλλιμος ἤϊθ' ἐν Εὐφήμιος, εἰ ποτ' ἔην γε,
 Κάλλιμος ἐν χώροις χώρος ὅδ' Ἠλύσιος.
 Τοῦνεκεν εἰς ἐν ἄγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν ἔλειψεν·
 10 Οὐνομα δ' αὖ χώρῳ κάλλιπεν ἠγαθέω.

AZ'. *Εἰς Ἑλλάδιον.*

Αἰεὶ σοὶ νόος ἦεν ἐς οὐρανὸν, οὐδ' ἐπὶ γαίης
 Ἥρειδες χθαμαλῆς ἔχθιον οὐδ' ὀλίγον.
 Τοῦνεκεν ὡς τάχος ἤλθεσ ἀπὸ χθονός. Εὐλάλιος δὲ
 Σὴν κόνιν ἀμφιέπει σὸς κάσις, Ἑλλάδιε.

AH'. *Ἄλλο.*

Τὸν νεαρὸν, Χριστῷ δὲ μέγαν, πολὶὸν τε νόημα

Pulcher inter adolescentes Euphemijs, si quis unquam fuit,
 Pulcher in agris ager hic Elysijus.
 Quapropter in unum convenere, siquidem vitam amisit;
 10 Nomen autem loco reliquit divino.

1122-1123 XXXVII. In Helladium.

Semper tua mens versabatur in cœlum, neque super terram
 Humilem firmabas vestigium vel paululum.
 Quam ob rem celerrime abiisti a terra. Eulalius vero
 Tuum cinerem amplectitur frater tuus, Helladi.

XXXVIII. *Aliud.*

Juvenem, Christo autem magnum, ænemque consilio,
 Locus hic martyrur, Helladium continéo.
 Nec indignandum. Illis enim similem dolorem sustinuit,
 Exstinguens inimici invidi pugnam.

XXXIX. *Aliud.*

Parum quidem spirasti super terram carnis necessitate,
 Majorem vero vitæ in cœlis sortem habes,
 Helladi, Christi magnum decus; quod vero celerrime
 Vinculis solutus es, hoc præmium laborum.

XL. *In Martinianum.*

Si quis Tantalus est inter infidas sitiens aquas,
 Si quis imminens capiti lapis semper terrenus,

Scriptum an. 371. — Alias Murator. 47. ** Scriptum an. 371 — Alias Murator. 48. *** Scriptum an. 371. — Alias Murator. 49. **** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 3.

9 Ἄγερθεν. *Gratiæ*, ut placet Muratorio, vel potius Euphemijs et locus cui moriens nomen reliquit.

XXXVII. *TIT. Εἰς Ἑλλάδιον.* Quamvis Billius in notis ad *Carmina Gregorii* quæ edidit, non nisi unum Helladium agnoscat, alijs is certe ab Helladio Basilii magni successore: alius, inquam, iste est, quandoquidem episcopus fuisse nunquam legitur, imo juvenis obiit. Quod ad Eulalius attinet, primum vitæ monasticæ institutum sectatus, deinde ut verisimile est, Ecclesiæ Nazianzenæ, cura Gregorii, præfectus est.

XL. *TIT. Εἰς Μαρτυριανόν. Gens Martinianorum*

A Χῶρος ὅδ' ἀθλοφόρων, Ἑλλάδιον κατέχου.
 Οὐ νέμεις. Κείνοις γάρ ὁμοίτων ἄλγος ἀνέτηλ
 Σθενῶς ἀντιπάλου τοῦ φθοεροῦ μόθου.

ΑΘ'. *Ἄλλο.*

Μικρὸν μὲν πνεύσεσες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκη,
 Πλείονα δὲ ζωῆς ὑψόθι μοῖραν ἔχεις,
 Ἑλλάδιε, Χριστοῦ μέγα κλέος· εἰ δὲ τάχιστα
 Δεσμῶν ἐξελεύθης, τοῦτο γέρας καμάτων.

Μ'. *Εἰς Μαρτυριανόν.*

Εἰ τις Τάνταλος ἐστὶν ἐν ὕδασι αἴος ἀπίστοις,
 Εἰ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος αἰεὶ φοβέων·

fuit illustris: plurimorum meminit Muratorius, quibus alios addere facile esset. Quis vero ille sit, ad quem pertineant epitaphia, non ausim asserere. Quidquid sit, is ille nobis esse Martinianus videtur, qui primum Africae, deinde Romæ, et postea toti præfectus Italiae fuit, ad quem exstat Basilii Magni epistola 74 novæ edit. (tom. III, pag. 168), olim 374, an. 371, qua eum rogat ut imperatorem adeat, et demonstret quanta ex distractione Cappadociæ consequantur incommoda. Omnia conveniunt, riri merita qualia Basilii commendat, ac patria quæ et in epist. et in epitaphiis in Martinianum Cappadociæ nomine designatur: viri autem merita ea sunt de quibus epistola

METRICA VERSIO.

Formosos pulcher juvenes Euphemijs inter,
 Pulcher et in agris hic ager Elysijus.
 Hinc ibi convenere simul; nam luminia clausit;
 Sed terræ nomen contulit eximium.

XXXVII. IN HELLADIUM.

(A. B. Caillau interprete.)

Semper mente polo præsens, vestigia terræ
 Fixisti nunquam sordida vel minimum.
 Inde cito mundum liquisti: amplexibus ossa
 Frater at Eulalius nunc colit Helladii.

XXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Mente sonem, magnumque Deo, juvenilibus annis,

B Victorum locus hic Helladium tenen.
 Nec subeat livor. Similes tulit ille dolores,
 Exstinguens hostis perflata tela mali.

XXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Spirasti paulum in terris, sic carne jubente,
 In cœlis melior sed tibi vita datur,
 Helladi, honor Christi fulgens; quod vincula præste
 Rupisti, hoc merces digna labore tibi.

XL. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Infidas si quis sitit inter Tantalus undas,
 Aut capiti terrenus imminet usque lapis:

Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἤπαρ ἀλιτροῦ,
 Καί πυρρίεις ποταμῶς, καὶ ζόφος ἀθάνατος,
 § Ταρτάρεοι τε μυχοί, καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι,
 * Ἄλλαι τετρομένων τίσιες εἰν ἄδη·
 * Ὅστις Μαρτινιανὸν ἀγακλέα δηλήσαιο
 Τύμβον ἀνοχλίζων, δειμάτα πάντα φέροι.

MA'. Ἄλλο.

Ὀβρεά σοι, καὶ πόντος, ἀτάσθαλε, καὶ πεδίοισι
 Τέρπη πυροφόροις, τετραπόδων τ' ἀγέλαις·
 Καὶ χρυσοῦ τάλαντα, καὶ ἀργυροῦ, εὐγενέες τε
 Λᾶες, καὶ Σηρῶν νήματα λεπταλέα·
 § Πάντα βίος ζῶοισι· λίθοι δ' ὄλιγοι τε φίλοι τε
 Τοῖς φθιμένοις. Σὺ δέ μοι κἀνάθαε χεῖρα φέρεις,

A Οὐδὲ σὸν αἰδόμενος, πλῆμον, τάφον, ὅστις ἐλεσσει
 * Ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέρας.

MB'. Ἄλλο.

* Ἦνίκα Μαρτινιανῶς ἔδω χθόνα μητέρα πάντων.
 Πᾶσα μὲν Αὔσονιον ἐστονάχησε πόλις
 Πᾶσα δὲ Σικανίη τε καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
 Κείρατ', ἀπ' ἀνθρώπων εἰχομένης θέμιδος.
 * Ἡμεῖς δ' ἀντὶ νυ σείο τάφον μέγαν ἀμφιέποντες,
 Ἄλιν ἐπαρχομένοις δαίρομεν ὡς τι σέβας.

MG'. Ἄλλο.

Οἱ Χριστὸν φορέοντες, ἀκούσατε, οἳ τε θέμιστας
 Εἰδότες ἡμερῶν καὶ φθιμένων ὄσῃν·

Laceratumque ab avibus immortale jecur impli,
 Et igneus fluvius, et caligo perpetua,
 § Tartareique recessus, et dæmones crudelissimi,
 Aliæ vexatorum poenæ in inferis;
 Quicumque Martiniano glorioso nocueri
 Sepulcrum submovens, hos omnes timores subeat.

XLJ. Aliud'.

Montes tibi sunt, et pontus, improbe, et campis
 Frueris frugiferis, quadrupedumque gregibus;
 Et auri talenta, ac argentum, nobilesque
 Lapidés, et Serum tenuia fila;
 1124-1125 § Omnia vita præstat viventibus : lapides autem pauci et chari
 mortuis. Tu autem mihi hic manum infers,
 Neque tuum veritus, miser, ne sepulcrum quis perdat
 Alius, tuis legibus manibus justioribus.

XLII. Aliud''.

Quando Martinianus terram subiit omnium parentem,
 Omnis quidem Italorum ingemuit civitas.
 Universa vero Sicilia, et spatiosi fines terræ
 Detonsi sunt, ab hominibus discedente justitia.
 § Nos autem pro te sepulcrum magnum complectentes,
 Semper supervenientibus ostendemus, ut quid sacrum.

XLIII. Aliud''''.

Qui Christum fertis, audite, quique jura
 Nostis vivorum, et debitam mortuis reverentiam :

* Script' n an. 372. — Alias Murator. 4. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 5. *** Scriptum an. 372. — A us Murator. 6.

cum epigrammatibus convenit, peritia rerum urbana-
 rum varia ac multiplex, aulæ scientia, libera luendi ju-
 ris constantia, facilis ad imperatorem aditus, qui vitæ
 ejus totius instituto conveniret. Denique affecta
 Martiniani, quam ipse causabatur, ætas, et torpor
 senectutis, in annos multos obitum ejus et epitaphia
 rejicere non sinunt.

§ Δειμάτα. Contra tumulorum violatores, τυμ-

δωρίχους, leges sancitæ sunt ab imperatoribus.
 Vide cod. Theod. et Justin., tit. De sepulc. viola-
 toribus.

XLJ. 7 * Ὅστις ἐλεσσει. Cod. Med. ὅν τις ἐλεσ-
 σει, neque tuum curans, miser, sepulcrum, quod quis
 perdat.

XLIII. 1 Χριστὸν φορέοντες. Hoc nomine solet
 appellare Gregorius sacerdotes, imo et Christianos.

METRICA VERSIO.

Si volucres tundunt jecur immortale maligni,
 Si nox perpetua est, flumen et igniferum,
 Tartareique sinus, infernalesque ministri,
 Et poenæ, si quas insuper orcus habet:
 Quisquis, Martiniane, tibi insultaverit audax,
 Bustum triste movens, hæc mala cuncta ferat.

XLI. ALIUD.

(A. B. Caillan interprete.)

Sunt montes portusque tibi, sunt, improbe, campi
 Fecundi frugum, quadrupedumque greges,
 Argenti pondus fulgens, aurique talenta,
 Perspicui lapides, serica fila quoque:
 Omnia vivus habet: pauci charique lapilli
 Defunctis. Audes in mea ferre manum;

B Nec, scelerate, times tua ne quis marmora perdat
 Alter, lege tua, sed meliore manu.

XLII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Martinianus ubi subiit terram omniparentem,
 Communes gemitus Italia terra dedit.
 Sicala sed tellus, et lati limina mundi
 Deposuerunt comas, dum fugit inde Themis.
 Sed pro te complexus ego nunc grande sepulcrum,
 Omnibus ostendam, pignora sacra velut.

XLIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Christiferi, quibus et vivorum cognita jura,
 Vitali et functis luce ferendus honos,

Πάντα λίπον, βασιλεια, πάτρην, γένος; εὖχος; ὑπάρχων Ἀ Πᾶσι τάδε ζωὸς ἐπιτέλλομαι· οὐ θέμις ἐστὶ
 Αἶ, αἶ, πᾶσιν· ὄμως νῦν κόνις εἰμ' ὀλίγη,
 Ὡς Μαρτινιανὸς πᾶσι τετιμένος, ἀλλ' ἐπὶ τύμβῳ
 Βάλλειν ἡμετέρῳ δάκρυα, μὴ παλάμας.

ΜΑ'. Ἄλλο.

Μουσοπόλον, ῥητῆρα, δικαστόλον, ἄκρον ἅπαντα,
 Τύμβος δδ' εὐγενέτην Μαρτινιανὸν ἔχω,
 Ναύμαχον ἐν πελάγεσσιν, ἀρήθον ἐν πεδίοισιν.
 Ἄλλ' ἀποτῆλα τάφου, πρὶν τὶ κακὸν παθεῖν.

ΜΕ'. Ἄλλο.

Μὴ πόλεμον φθιμένοισι (ἄλις ζῶντες ἄλιτροι),
 Μὴ πόλεμον φθιμένοις· Μαρτινιανὸς ἐγώ.

ΜΓ'. Ἄλλο.
 Ὁ θέμι, τῆ πολλῶν ποτ' ἐγὼ νόμησα τάλανα,
 Ὁ φοβεραὶ ψυχῶν μάστιγες οὐχ ὄσιων!
 Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει σπονδόντα σίδηρον·
 Οὗτος ἐμοῖ! φεῦ, φεῦ! ποῦ ἐκ λίθου Σισύφου;

ΜΖ'. Ἄλλο.

Ὁλβιος, εὐγῆρας, ἀνοσος θάνατον, ἐν βασιλῆος
 Πρῶτα φέρων, ἱερῆς ἄκρον ἔχων σοφίης,
 Ἐἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκούετε· ἀλλ' ἀπὸ τύμβου,
 Μῆδὲ φέρειν ἐπ' ἐμοῖ δυσμενέας παλάμας.

Omnia reliqui, palatia, patriam, propinquos, cum decori essem
 Heu, heu! omnibus: nihilominus nunc sum pulvis exiguus,
 S Martinianus cunctis honoratus: sed tumulto
 Nostro lacrymas, non manus injicite.

XLIV. Aliud'.

Poetam, rhetorem, judicem, summum in omnibus
 Tumulus hic generosum Martinianum teneo,
 Navali praelio in mari insignem, bellicosum in terris.
 Sed procul este a sepulcro, ne quid mali patiamini.

XLV. Aliud

Ne bellum mortuis inferas, sat viventes impii (quibus bellum inferas),
 Ne bellum mortuis inferas: Martinianus ego.
 Omnibus hæc vivis mando: æquum non est
 Paucos invidere mortuis lapides.

XLVI. Aliud ***.

O Themis, qua urbiūm ego olim agitavi lances,
 O terribiles animarum pœnæ impiarum!
 Iste meis lapidibus immittit lacrymabile ferrum;
 Iste mihi! heu, heu! ubi nunc lapis Sisyphi?

1126-1127 XLVII. Aliud ***.

Beatus in senectute felici, sine morbo obii, in aula
 Primas ferens, sacræ culmen habens sapientiæ,
 Si quemdam Martinianum audistis; sed procul a tumulto,
 Nec contra me inferet hostiles manus.

' Scriptum an. 372. — Alias Murator. 7. ** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 8. *** Scriptum
 an. 372. — Alias Murator. 9. **** Scriptum an. 372. — Alias Murator. 10.

3 Εὖχος ὑπάρχων. Cum decori essem omnibus,
 scilicet regibus, patriæ, propinquis, etc. Concedit
 ipse Muratorius vocem εὖχος commode posse con-
 jungi cum verbo ὑπάρχων.

XLV. ἰ Ἄλις ζῶντες. Sat impiorum vivunt,
 quibus bellum inferre possis.

XLVI. ἰ Πολλῶν. Ion. pro πολλῶν. Med. πολλῶν.

4 Σισύφου. Tria superiora epigrammata unum
 constituent in cod. Ambr.

XLVII. ἰ Ἐν βασιλῆος. Subauditur αὐλῆ, ut
 sup. Epitaph. xvi.

3 Ἀκούετε. Pro ἠκούετε. Ambr. ἀκούσατε. In
 utraque voce, inquit Muratorius, est aliqua licentia
 contra leges prosodiæ.

METRICA VERSIO.

Cuncta, genus, patriam, præclara palatia liqui,
 Laus olim cunctis, nunc cinis exiguus.
 Martinianus ego cunctorum excultus honore;
 Non inferre manus, sed lacrymas tumulto.

XLIV. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Hæc tumulto rhetor, iudex, gratusque poeta,
 In cunctis summus, Martiniane, jaces,
 Clara movere potens terris aut æquore bella;
 Sed mala ne veniant, sis procul a tumulto.

XLV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sit pax defunctis; vivi sat crimine facti;
 Sit pax defunctis; Martinianus ego.

B Omnibus hæc vivis mando; paucissima mœstis
 Tollere defunctis marmora, grande nefas.

XLVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

O Themis, ante datum cujus librare bilances!
 O tormenta nimis mentis acerba malæ!
 Iste meis ferrum immittit lacrymabile petris;
 Iste mihi! Væ! væ! petra ubi nunc Sisyphi?

XLVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Morbi expers obii, seniorque beatus, in aula
 Prima ferens, sacræ culmen habens sophiæ.
 Este procul tumulto, notus si Martinianus;
 Nec turbet cineres impia dextra meos.

MH'. "Αλλο.

Χάζεο, χάζεο τῆλε· κακὸν τὸν ἀέθλον ἐγείρεις,
 Λῆας ἀνοχλιζῶν, καὶ τάφον ἡμέτερον·
 Χάζεο. Μαρτινιανὸς ἐγὼ καὶ ζῶσιν θνειαρ,
 Καὶ νέκυς οὐκ ὀλίγον ἐνθάδε κάρτος ἔχω.

MΘ'. "Αλλο.

Καππαδόκων μὲγ' αἰσιμα, φαάντατε Μαρτινιανέ,
 Σετο, βροτῶν γενεή, καὶ τάφον αἰδόμεθα,
 "Ὅς ποτ' ἐης βασιλῆος ἐν ἔρχεισι κάρτος ὑπάρχων,
 Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιθύην.

N'. "Αλλο.

"Ὅμνυμεν ἀθανάτω θεοῦ κράτος ὑψιμέδοντος,

A Καὶ φυγᾶς νεκύων, κύδιμε, σὴν τε κόνιν,
 Μὴ ποτε, Μαρτινιανέ, τοῖς ἐπι χεῖρας ἐνεγκεῖν
 Στήλην καὶ τύμβω· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς.

NA'. "Αλλο:

Ῥώμη, καὶ βασιλῆες ἔμοι, καὶ πείρατα γαίης
 Στήλαι Μαρτινιανῶ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει·
 'Αλλ' ἐμπης ὀλίγῳ περιδείδια, μὴ τι πάτησο,
 Τῷδε τάφω· πολλῶν οὐχ ὅσαι παλάμαι.

NB'. "Αλλο.

Μαρτινιανοῦ σῆμα μεγακλῆος, εἴ τιν' ἀκούεις,
 Καππαδόκων Ῥώμης πρόθρονον εὐγενέων,
 Παντοταῖς ἀρετῆσι κεκασμένον· ἀλλὰ κόνιν περ
 'Αζόμενοι, στήλην καὶ τάφον ἀμφιέπειν.

XLVIII. *Aliud* ·.

Discede, discede procul hinc : malum certamen excitas
 Lapides submovens, et tumulum nostrum ;
 Discede. Martinianus ego et vivis utilis,
 Et mortuus non parvas hic vires habeo.

XLIX. *Aliud* ··.

Cappadocum magnum decus, splendidissime Martiniane,
 Tuum nos mortalium genus et tumulum veneramur,
 Qui olim eras imperatoris in arcibus robor praefectorum,
 Armis vero Siciliam tenuisti, atque Africam.

L. *Aliud* ···.

Juramus per immortalis Dei potentiam alte regnantis,
 Et animas mortuorum, tuumque, inclyte, cinerem,
 Nunquam nos, Martiniane, tuis manus illaturos
 Columnæ ac tumulo : neque enim fas est sacris inferre.

LI. *Aliud* ····.

Roma, et reges mihi, et fines terræ
 Monumenta sunt Martiniano, quæ tempus non tollet ;
 Sed tamen exiguo huic vereor, ne quid patiatur,
 Sepulcro : multorum non sanctæ manus.

LII. *Aliud* ·····.

Martiniani monumentum inclyti, si quem audis
 Cappadocum Romæ præsidem nobilium,
 Omnibus virtutibus ornatum ; sed cinerem licet
 Venerantes, columnam et sepulcrum complectamini.

Scriptum an. 372. — Alias Murator. 11. ·· Scriptum an. 372. — Alias Murator. 12. ··· Scriptum an. 372.—Alias Murator. 13. ···· Scriptum an. 372.—Alias Murator. 14. ····· Scriptum an. 372.—Alias Murator. 15.

XLIX. 1 *Αἰσιμα*. Cappadociæ laus dicitur Martinianus sive a Cappadocia oriundus fuerit, sive hanc aliquando rexerit provinciam.

L. 4 *Στήλην*. Hoc nomine etiam cippus significari arbitratur Muratorius. Ibid. *οὐδὲ γὰρ*, etc., subintelligendum, *manus inferendæ sunt*. Perinde est tuo tumulo manus inferre ac rebus sacris.

LI. 3 *Πάτησο*. Legendum forte *πάθητο*, vel *πάθοτο*, vel etiam *πάθη σφ*. — Forte melius nihil immutandum et vertendum, *ne conculceris*. CAILLAU.

LII. 4 *Αζόμενοι*. Ex conjectura substituit Murat. In Ambr. legitur *ἐξόμενοι*. Ibid. *ἀμφιέπειν*. Subaud. *ὀφείλατε*, vel *καλεύω*.

METRICA VERSIO.

XLVIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sis procul hinc, procul hiuc ; prava hæc certamina
 [tentas

Deiciens tumuli marmora sacra mei.
 Martinianus ego, qui vivens utilis egi,
 Mortuus et grandi robore prævaleo.

XLIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gloria Cappadocum, clarissime Martiniane,
 Nos humana tuum gens colimus tumulum,
 Qui regis quondam præfectis robor, et armis
 Rexisti Libyam Sicilianque tuis.

L. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sit mihi nunc testis virtus æterna Tonantis,

B Defunctique manes, ossaque, clare, tua ;
 Nunquam nostra tuam tanget scelerata columnam,
 Martiniane, manus : tangere sacra nefas.

LI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Roma mihi, et reges, et terræ limina, testes
 Delendi nulla, Martiniane, die ;
 Sed tamen exiguo ne vis indigna feratur
 Huic tumulo vereor ; non pia quæque manus.

LII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cappadocum Romæ præses celeberrimus, audis
 Si fortasse, jacet Martinianus ibi ;
 Nulla cui deerat virtus ; sed et ossa colentes,
 Amplexu bustum stringite grande pio.

ΝΓ'. Ἄλλο.

Ὅδ' ποτ' ἐγὼ φθιμένοισιν ἐπέχραον, οὐδ' ἀπὸ τύμβων
Ἔργον ἔγειρα· δίκην θύμουμι, καὶ φθιμένους.
Τὸνεκα μὴδ' ἐπ' ἐμοῖσι φέρειν λάεσσι σιδηρον·
Εἰ δὲ φέροις, τὴν σὴν ἐς κεφαλὴν πεσέτω.
5 Μαρτινιανὸς ἐγὼ τάδε λίσσομαι· εἴ τις ἐμεῖο
Κύδεός ἐστι χάρις, τύμβος ἀεὶ μενέτω.
ΝΔ'. *Εἰς Ἐμμελίαν τὴν μητέρα τοῦ μεγάλου Βα-
σιλείου.*
Ἐμμελίον τέθηκας. Τίς ἔφρασεν; ἢ γε τοσοῦτων
Καὶ τοίων τεκνῶν δῶκε φάος βίωτῳ,
Υἱάς, ἢδὲ θύγατρας ὁμόζυγας ἀζυγίας τε,

A Εὐπαις καὶ πολύπαις ἦδὲ μόνῃ μερόπων.
5 Τρεῖς μὲν τῆδ' ἱερῆς ἀγακίεες· ἢ δ' ἱερῆος
Σύζυγος· οἱ δὲ πᾶλας ὡς στρατὸς οὐρανίων.
Θάμβος ἔχει μ' ὀρόντα τόσον γόνον Ἐμμελίω,
Καὶ τοῖον, μεγάλης νηδύος ἔλθον ἔλον.
Ἄς δ' αὐτὴν φρασάμην Χριστοῦ κτεῖρα, εὐσεβὲς αἶμα
10 Ἐμμελίου, πῶδ' ἔφην οὐ μέγα· ρίζα τόση.
Τοῦτό σοι εὐσεβίης ἱερὸν γέρας, ὦ παναρίστη,
Τιμὴ σῶν τεκνῶν, οἷς πόθον εἶχες ἕνα.

NE'. *Εἰς κατέρα.*

Ἐνθ' ἑκατονταέτης, ζωῆς βροτέης καθύπερθεν,
Πνεύματι καὶ θώκῳ τεσσαρακονταέτης,

1128-1129 LIII. Aliud.

Nunquam mortuos violenter adorsus sum, neque ex sepulcris
Lucrum feci : justitiam juro, et mortuos.
Quapropter neque in meos immitte lapides ferrum ;
Sin autem immittas, tuum in caput cadat.
5 Martinianus ego hæc rogo ; si qua mei
Honoris est gratia, sepulcrum semper maneat.

LIV. In Emmelium matrem Magni Basilii.

Obiit Emmelium. Quis dixisset ? illa quæ tot
Ac talium natorum dedit jubar mundo,
Filiis, et filias nuptas, innuptasque,
Felix et secunda una mortalium.
5 Tres quidem illi sacerdotes inclyti : ipsa autem sacerdotis
Compar : qui vero prope secuti sunt velut exercitus cœlestium.
Stupor me habet videntem tantam sobolem Emmelii,
Et talem, gloriosi uteri integram opulentiam totam.
Ut vero ipsam appellavi Christi possessionem, pium sanguinem
10 Emmelii, hoc dixi non magnum : tanta est radix.
Hoc tibi pietatis sacrum præmium, o præstantissima,
Honor filiorum tuorum, quibuscum unum desiderium habuisti.

LV. In patrem.

Hic centum annos natus, supra vitæ humanæ cursum,
Spiritu et cathedra quadraginta annis exactis,

* Scriptum an. 372. — Alias Murator. 16. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 130. *** Scriptum an. 374. — Scriptum an. 374. — Alias Murator. 71.

LIII. 2 Ἔργον. *Lucrum feci*, id est, *materiam fabricæ causa abstuli : opus aliquod erezi ablatis scilicet e tumulo lapidibus.*

LIV. Τίς. *Εἰς Ἐμμελίαν*. Reg. Ἐμμελίου. Sanctæ hujus mulieris mentio fit in martyrologio Romano die octava maii.

4 Πολύπαις. Decem habuit liberos, ex quibus masculi quinque, Basilium magnus, Naucratius, Gregorius Nyssenus, Petrus Sebastenus. Quinti a Philostorgio memorati, et monasticam vitam professi

nomen nos latet. Quinque etiam filias, quarum non nisi unam novimus. Forte etiam Theosebia ex iis una fuit, quam Muratorius non sororem, sed uxorem Gregorii Nazianzeni, aut Nysseni, falso sibi persuasit.

6 Σύζυγος. *Compar, adjutrix, diaconissa*, non uxor.

LV. 1 Ἐκατονταέτης. Gregorius pater, annos natus fere centum, vivere desiit an. 375.

METRICA VERSIO.

LIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Defunctos nunquam læsi, fractisve sepulcris
Lucra tuli : testes jus cineresque voco.
Non ergo in nostros lapides immittite ferrum ;
Sin aliter, recidat percutiatque caput.
Martinianus ego precor hæc : jam restat honoris
Gratia si qua mei, sit super usque lapis.

LIV. IN EMMELIUM MATREM MAGNI BASILII.

(Eodem interprete.)

Emmelium cessit fato. Quis dixerit ? Illa,
Lumina quæ mundo talia, tanta dedit,
Nempe mares, junctasque viro, innuptasque puellas :

B Nulla beata magis, non magis ulla ferax.
Tres illi clari mystæ ; mystæ inclyta compar ;
Qui venere debinc, agmen ut angelicum.
Miranti stupor incumbit, quæ quantaque proles
Emmelii, claræ ditis opes uteri.
Cum Christi proclamo bonum, sacrumque cruorem
Emmelii (est radix tanta), minora loquor.
Hoc munus pietatis adest, honor inclyte proliæ,
Quacum eadem semper vota fuere tibi.

LV. IN PATREM.

(Eodem interprete.)

Nata annos centum, mortali longior ævo,
Atque quaterdenis sceptris suprema gerens,

Μελιχος, ἡδυεπής, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
Νήδυμον ὕπνον ἔχω Γρηγορίου δέμας.

5 Ψυχὴ δὲ πτερόεσσα θεὸν λάχεν. Ἄλλ' ἱερῆς
Ἐξόμενοι κείνου καὶ τάφον ἀμφέπετε.

NG'. Ἄλλο.

Ἐκ μὲ πικρῆς ἐκάλεσσε θεὸς μέγας ἀγριελαίης·

Ποίμνης ἡγεμόνα θῆκε τὸν οὐδ' ὄλων

Ἔσχατον. Ἐκ πλευρῆς δὲ θεόφρονος ὄλβον ἔνειμα.

Γῆρας ἐς λιπαρὸν ἰκόμει⁴ ἀμφοτέροι.

5 Ἴρὸς ἱμῶν τεκείων ἀγανώτατος. Εἰ δὲ τελευτῆ

Ἐτλῆν Γρηγόριος, οὐ μέγα· θνητὸς ἔην.

NZ'. Ἄλλο.

Εἰ τις δρους καθύπερθεν ἀγνῆς ὁπδς ἔπλετο μύστης

Dulcis, suaviloquus, clarus Triadis Interpres,
Dulcem somnum carpo Gregorij corpus.

5 Anima vero evolans Deum invenit. At sacerdotes
Habentes illius sepulcrum complectimini.

LVI. Aliud^{*}.

Me ex amaro vocavit Deus magnus oleastro,

Gregis ductorem dedit, qui neque ovium

Eram novissima. E costa autem pia felicitatem tribuit.

In senectutem beatam pervenimus ambo.

5 Deo sacer fuit meorum filiorum mitissimus. Si autem mortem

Oppetii ego Gregorius, non mirum; mortalis eram.

1130-1131 LVII. Aliud^{**}.

Si quis supra montem puræ vocis arcanae fuit auditor

Moses, magni quoque Gregorii mens,

Quem olim, cum longe esset, gratia magnum pontificem

Posuit, nunc vero sacram prope est Triadem.

LVIII. Aliud^{***}.

Ipse templum erexi Deo, et dedi sacerdotem

Gregorium puræ illustrem Triadi,

Nuntium veritatis magnisonum, pastorem populo,

Adolescentem sapientiæ utriusque consiliarium.

5 Fili mi, in aliis quidem, patre quoque præstantior sis,

Mansuetudine autem par: non quidquam amplius

Precari fas est: et ad maturam senectutem.

Qualem ego nactus sum, o felix, pervenias.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 72. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 73. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 74.

⁴ Ἐχω. Murat. mallet ἔχει.

⁵ Ἐξόμενοι. Libenter legeret Murat. ἀζόμενοι.

LVI. 3 Ἐκ πλευρῆς. Ad Evam respiciens, costæ nomine uxorem significat.

LVII. 2 Νόος. Id est, audiuit quoque Gregorius.

LVIII. 1 Ἐρεψα. Schol. κατεκύβασα.

⁴ Ἡθδεον. Mirum videri potest, quod se ipsum laudet. Ibid. ἀμφοτέρως. Schol. τῆς θύραθεν, καὶ τῆς ἡμετέρας, utriusque sapientiæ, externæ et nostræ,

A Μωσῆς, καὶ μεγάλου Γρηγορίου νόος,
Ἄν ποτε τηλόθ' ἔόντα, χάρις μέγαν ἀρχιερεῖα
Θήκατο, νῦν ἱερῆς ἐγγύς ἔχει Τριάδος.

NH'. Ἄλλο.

Αὐτὸς νῆδον ἔρεψα Θεῷ, καὶ δῶχ' ἱερῆα

Γρηγόριον καθαρῇ λαμπρόμενον Γριάδι,

Ἄγγελον ἀτρεκέλης ἐριτηχέα, ποιμένα λαῶν,

Ἡθδεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν.

5 Τέκνον ἔμδν, τὰ μὲν ἄλλα πατρὸς καὶ φέρτερος εἰης,

Τὴν ὃ ἀγανοπροσύνην ἄξιος· οὐ τι πλέον

Εὔξασθαι θέμις ἐστὶ· καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἴκαιο,

Τοίου κηδεμόνος, ὧ μάκαρ, ἀντιάσαις.

profanæ et sacræ.

⁵ Τέκνον ἔμδν. Ita lib. II, sect. 2, carm. v, vers. 11.

⁶ Τὴν δ' ἀγανοπροσύνην. Reg. 991 πραύτητα. Schol. 991 τὴν δὲ πραύτητα πλέον ἐκείνου γενέσθαι οὐκ ἀπάξιόν ἐστιν εὔξασθαι. At quoad mansuetudinem, ut illum superes, optare nefas.

⁸ Τοίου κηδεμόνος. Tali duce. Mox ἀντιάσαις. Mallet ἀντιάσαις.

METRICA VERSIO.

Interpres dulci Triadis modulamine clara,

Gregorii somnos hic caro carpo leves.

Mens sublata Deum sed reperit. Alma, ministri

Sacrați, amplexu busta fovete pio.

LVI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

M: Deus agresti magnus præscidit oliva,

Præcicitque gregi, qui prius inter oves

Non extremus eram. Sancta mihi gaudia costa

Pura dedit; vitam duxit uterque senex.

Mysta Deo comis natus. Si morte quievi

Gregorius, non res mira; caducus eram.

LVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Si puræ audiuit Moses mysteria vocis

B Monte super, magni mens quoque Gregorii,
Quem longe quondam stantem, sacra gratia ma-

Pontificem posuit, nunc habet alma Trias.

LVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Ipse Deo templum erexi, statuique ministrum

Illustrem puræ Gregorium Triadi,

Magnisonum veri lituum, populoque bubulcum,

Qui juvenis sophiam suadet utramque sagax.

Patre tuo in cunctis, filii, præstantior esto,

Sed pariter mitis. Non meliora licet

Poscere: maturæ tu, fortunate, senectæ

Gaudia percipias, qualia nactus ego.

ΝΘ'. Ἄλλο.

Ὀὐκ εἶς, εἴτ' ὄτων προφερέστατος, αὐτῶρ ἔπειτα
 Ποιμῆν, εἶτα πατῆρ καὶ νομέυς νομέων,
 Ἐνητοῦς ἀθάνατόν τε Θεὸν μέγαν εἰς ἔν ἀγείρων,
 Κεῖμαι Γρηγόριος Γρηγορίου γενέτης.

Ξ'. Ἄλλο.

Ὀλβιος, εὐγῆρωσ, εὐπαις, θάνον ἀρχιερεῖος
 Ἄρχιερεὺς τε πατῆρ Γρηγόριος. Τί πλέον;
 Ὄσα μὲν εἰς πολύκαρπον ἀλατῆν ἕρθριος ἦλθον,
 Ἐμπα δὲ τῶν προτέρων πλείονα μισθὸν ἔχω.

ΞΑ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος, ποιμῆν τε καλῶς, καὶ πλείονα ποιμνην

A Χριστῶ ἀναθρέψας ἦθσαι μελιχίους,
 Ὀὐχ ὁσίης βίξης μὲν ἐγὼ θάλλος, εὐαγέος δὲ
 Συζυγίης κεφαλῆ, καὶ τεκνῶν τριάδος,
 5 Ποίμνης ἡγεμονεύσας ὁμόφρονος, ἐνθεν ἀπῆλθεν
 Πλήρης καὶ χθονίων, κ' οὐρανίων ἐτέων.

ΞΒ'. Ἄλλο.

Γρηγόριος, τόδε θαῦμα, χάριν, καὶ Πνεύματος ἀγλήν,
 Ἐνθένδ' αἰρόμενος, βίψ' ἐπὶ παιδί φλω.

ΞΓ'. Ἄλλο.

Τυτθὴ μάργαρος ἐστίν, ἀτῶρ λιθάκασσιν ἀνάσσει·
 Τυτθὴ καὶ Βηθλεὲμ, ἔμπα δὲ Χριστοφόρος.
 Ὡς δ' ὀλίγην μὲν ἐγὼ ποιμνην λάχον, ἀλλὰ φερίστην,
 Γρηγόριος. Τὴν σὺ, παῖ φλε, λίσσομ', ἄγοις.

LIX. *Aliud* *.

Non ovis, deinde ovium prima, postea vero
 Pastor, deinde pater et pastor pastorum,
 Mortales immortalemque Deum magnum in unum colligens,
 Jacet Gregorius Gregorii genitor.

LX. *Aliud* **.

Beatus, senectute bona, bonis filiis donatus, obili, pontificis mortuus sum
 Pontifexque pater Gregorius. Quid amplius?
 Non quidem in frugiferam vineam matutinus veni,
 Attamen prioribus majorem mercedem habeo.

LXI. *Aliud* ***.

Gregorius, pastor egregius, et potioem gregis partem
 Christo cum educassem moribus dulcibus,
 Non sanctæ radicis equidem ego germen, sanctissimi autem
 Conjugii caput, et trium liberorum,
 5 Gregem cum gubernassom unanimum, hinc abii
 Plenus et terrestrium et cœlestium annorum.

1132-1133 LXII. *Aliud* ****.

Gregorius, id autem mirum, gratiam et Spiritus splendorem,
 Hinc sublatus effudit in charum filium.

LXIII. *Aliud* *****.

Pusilla margarita est, sed gemmis imperat:
 Parva et Bethlehew, attamen Christum tulit.
 Ita ego parvum quidem sortitus sum gregem, sed optimum,
 Gregorius. Hunc tu, dilecte filii, precor, regas.

* Scriptum an. 374.— Alias Murator. 75. ** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 76. *** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 77. **** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 78. ***** Scriptum an. 374.— Alias Murator. 79.

LIX. 3 Ἀγείρων. Id est, adducens ad cultum Dei per hostias quas offerbat: διὰ τῶν τελομένων μοι θυμάτων. Schol. 991.

LX. 1 Ἐδκαίς. Schol. 991 καλλιπαίς, *pulchra prote patens*.

2 Τί πλέωρ; Schol. Τί τούτων μείζον; *Quid his majus?*

LXI. 1 Πάστορ. Reg. 991 πτόνα, et sup. lin. κατ' εὐσίδειαν.

4 Τριάδος. Sup. lin. 991 τρίων.

6 Ἐτέωρ. Schol. 991 τῶν τε μενούσων (sic) ὁμοίως; καὶ τῶν λυομένων.

LXII. Τίτ. Ἄλλο. Suspiciatur Murat. hoc distichon Theologo non ascribendum, maxime cum illud Scholiastes prætermiserit.

METRICA VERSIO.

LIX. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Non ovis, hinc ovium princeps, ac postea pastor,
 Dein et pastorum duxque paterque gregis,
 Mortales simul innectens Numenque perenne,
 Gregorius jaceo, Gregorii genitor.

LX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Felici senio felix natisque subivi,
 Mysta, pater mystæ, funera Gregorius.
 Ad vineta quidem primo non mane cucurri,
 Sed tamen in primis præmia magna fero.

LXI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gregorius postquam formassem munere plures

PATROL. GR. XXXVIII

B Pastor oves sacro, moribus et placidis:
 Non sanctæ germen radicis, sed caput idem
 Sancti conjugii, triplicis et sobolis,
 Unanimi grege directo, gravis inde recessi
 His annis, quos dat terra polusque piis.

LXII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Dona Dei, Flamenque nitens, mirabile fudit
 In charam moriens Gregorius sobolem.

LXIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Parvula gemma licet, lapidi tamen imperat omni:
 Parva licet, Christum protulit et Bethlehew.
 Sic mihi grex parvus, sed et optimus obtigit olim
 Gregorio. Hunc, filii, tu, precor, usque regas.

ΕΑ. Ἀλλο.

Ποιμενὴν σύριγγα τεαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔθηκα
 Γρηγόριος· σὺ δέ μοι, τέκνον, ἐπισταμένως
 Σημαίνειν, ζωῆς δὲ θύρας πατάσαις ἅπασιν,
 Ἐς δὲ τάφον πατέρος ὠριος ἀντιάσαις.

ΕΕ. Ἀλλο.

Στράψεν, ἐν οἷς τοπάρουθεν ἐν οὐρεὶ Χριστὸς ἀμεί-
 [φθη·
 Στράψε δὲ Γρηγορίου τοῦ καθαριοῦ νόφ,
 Τῆμος δὲ· εἰδῶλων ἔφυγε ζόφον· ὡς δὲ καθάρ-
 [θη
 Ἦσι θυηπολαίς, λαὸν ὄν εἰσεῖ· ἄγει.

Α ΕΓ. Εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου
προσληφθεῖσαν.

Παντό· σοι μύθοιο καὶ ἔργματος ἦεν ἔρρισμα
 Ἥμαρ Κυριακόν· πένθει πένθος ἅπαν,
 Μητέρα ἐμή, τίουσα, μόναις ὑπόεικας ἔορται·
 Εὐφροσύνης, ἀχέων ἱστορα νῆδν ἔχεις.
 5 Χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφραγιζέτο, μητέρα,
 Μοῦνω δὲ σταυρῷ πήγνυτο καὶ δάκρυα.
 Οὐ ποτε σέιο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῶτα,
 Οὐδέ διὰ στομάτων ἦλθε βέθλων ἔπος,
 Οὐδέ γέλωσ μαλακῆσιν ἐφίχανε, μῦστι, παρειαίς.
 10 Σιγήσω κρυφίους σέιο, μάκαιρα, πόνους.
 Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι· τοῖα δὲ ἔκτοθι πᾶσι πέφανται.
 Τοῦνεκα καὶ θεῖω σῶμ' ἀπέλειπας ἔδει.

LXIV. Aliud.

Pastoritium lituum tuis in manibus deposuit
 Gregorius. Tu vero, filii mi, scite
 Impera, vitæque portas omnibus aperi,
 In paternum autem sepulcrum maturus veni.

LXV. Aliud.

Refulsit olim Christus, cum in monte transfiguratus est:
 Refulsit etiam puri Gregorii intellectui,
 Tunc cum idolorum fugit noctem. Ex quo autem mundatus est
 Suis sacrificiis, populum suum usque adhuc regit.

LXVI. In matrem ex altari assumptam.

Omnis tibi verbi et operis firmamentum erat
 Dies Dominicus. Luctu luctum omnem,
 Mater mea, honorans, solis cedebas festis:
 Lætitix et dolorum testem templum habebas.
 5 Omnis locus tuis lacrymis signatus erat, mater,
 Sola vero cruce confgebantur et lacrymæ.
 Nunquam mensa sacrificii tua vidit terga,
 Neque per ora venit profanus sermo,
 Neque risus mollibus insedit, o sacris initiata, genis.
 10 Tacebo occultos tuos, o beata, labores.
 Et hæc quidem intus. Quæ vero foris, omnibus manifesta sunt:
 Quapropter et divino corpus reliquisti templo.

[* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 80. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 81. *** Scriptum
 an. 374. — Alias Murator. 82.

LXIV. 1 Ποιμενὴν. Reg. Med. ποιμενικήν.
 4 Πατέρος. Reg. 991 πατέρων. Mox ὠριος. Schol.
 991 πλήρης ἔλθοις ἡμερῶν.
 LXVI. Τίτ. Εἰς τὴν μητέρα. Nonna, quo nomine
 olim sanctimoniales appellabantur, uxor Gregorii,
 ipsi et omnibus liberis superstes præter Gregorium
 Nazianzenum, dum in templo oraret, improvisa
 morte correpta est anno 374. Græci et Latini v Aug-
 ejus festum celebrant.
 2 Πένθει πένθος. Nonnulla hic occurrunt, quæ
 ut cum Muratorio loquar, Delio natatore videntur
 indigere, atque in primis verba hæc πένθει πένθος

ἅπαν. Sic ea intelligi posse conjicit vir doctus:
 « O mater mea, luctum omnem, hoc est, dies mi-
 nime festos, sive dies jejunii luctu honorans, solis
 cedebas festis, id est, remittebas de luctu. Deinde
 gaudendi et flendi tempora e templo sumebas, sive
 omnibus diebus in templo orabas, tum diebus pœni-
 tentiæ, tum etiam lætitix. »
 9 Μῦστι. Sacris initiata; forte diaconissa erat.
 Eam ob causam supra epitaph. 22, Gorgonium dicit
 μῦστιν, sacris initiatam, et epist. nunc 197, olim
 95, Theosebiam Gregorii Nysseni sororem, τὴν θυ-
 τως ἱερῶν, vere sacram, appellat.

METRICA VERSIO.

LXIV. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Ecce pedum moriens tibi pastorale remisit
 Gregorius. Scita, tu rege, nate, manu,
 Et vite cunctis felicia limina pande,
 Maturusque veni tu patris in tumulum.

LXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Monte olim Christus fulsit mutatus in alto;
 Gregorii puro fulsit et ingenio,
 Cum noctem erroris fugit: quo tempore sacris
 Mundatus propriis, strigil usque gregem.

B

LXVI. IN MATREM EX ALTARI ASSUMPTAM.

(Eodem interprete.)

Omnis erat verbi columen factique supremo
 Sacra dies Domino. Mater honore colens
 Luctum omnem luctu, cedebas non nisi festis;
 Lætitix testes templa; doloris item.
 Chara, tuis, mater, lacrymis loca cuncta mædebant;
 Crux tristes lacrymas sistere sola potens.
 Mensa tuum nunquam vidit sanctissima tergum,
 Nec sermo venit pura per ora malus,
 Nec tumidis est visa genis proferre cachinnum.
 Occultum, o felix, lingua tacebit opus.
 Intus et illa quidem. Norunt extrinseca cuncti
 Hinc tua delubro membra relicta Dei.

ΕΖ'. Ἄλλο.

Ἦως ἐλύθη Νόννης καλά γούνατα; πῶς δὲ μέμυκε
 Χεῖλα; πῶς ὕσων οὐ προχέει λιβάδας;
 Ἄλλοι δ' αὖ βοῶσι παρ' ἤριον· ἦδε τράπεζα
 Οὐκέτ' ἔχει καρπούς τῆς μεγάλης παλάμης.
 5 Χῶρος δ' ἐστὶν ἔρημος ἀγνοῦ ποδός· οἱ δ' ἐ-
 [ρῆες
 Θύκέτ' ἐπὶ τρομαρῆν κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
 Χῆραι δ' ὄρφανικοὶ τε, τί βλέπετε; Παρθενίη δὲ,
 Καὶ γάμος εὐζυγιῶν κέρσατ' ἀπο πλοκάμους.
 Ἰοῖσιν ἀγαλλομένη, κάρτος φέρε πάντα χαμάζε,
 10 Τῆμος δε' ἐν νηῖ ρικνὸν ἀφήκε δέμας.

A

ΕΗ'. Ἄλλο.

Σάρβα σοφὴ τίουσα φίλον πόσιν· ἀλλὰ σὺ, μήτερ,
 Πρῶτα Χριστιανὸν, εἴθ' ἱερῆα μέγαν
 Ἐν πόσιν ἐσθλὸν ἔθηκας, ἀπόπροθι φωτὸς ἶόντα.
 Ἄννα, σὺ δ' οὐα φίλον καὶ τέκας εὐξαμένη,
 5 Καὶ νηῖ μιν ἔδωκας ἀγνὸν θεράποντα Σαμουήλ·
 Ἡ δ' ἐτέρη κῆλοις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν·
 Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος. Ὑστάτιον δὲ
 Νηῖ λισσομένη, πάρεθο σῶμα φίλον.
 ΕΘ'. Ἄλλο.
 Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιώοντα,
 Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρατῆρες ἔδειξαν.

1134-1135 LXVII. *Aliud**

Qui soluta sunt Nonnae bona genua? qui clausa
 Fjus labia? qui ex oculis non fundit lacrymas?
 Alii autem clamant circa tumulum: hæc mensa
 Non amplius habet fructus magnæ dexteræ.
 5 Locus iste vacuus est casto pede; hi vero sacerdotes
 Non amplius tremulam ejus capiti admovent manum.
 Viduæ autem, et orphani, quid facietis? Virginitas quoque
 Et nuptiæ proborum conjugum comas totonderunt.
 Illis ornata erat; sed fortiter omnia in terram tulit,
 10 Tunc, cum in templo rugosum reliquit corpus.

LXVIII. *Aliud***.

Sara sapiens dilectum coluit sponsum; sed tu, mater,
 Primo Christianum, deinde sacerdotem magnum
 Tuum sponsum bonum effecisti, cum longe esset a lumine
 Anna, tu filium dilectum et peperisti per preces,
 5 Et templo eum dedisti purum famulum Samuelem.
 Altera vero sinu suo magnum Christum complexa est:
 Nonna autem utriusque sortita est decus. Postremo autem
 Templo orans dilectum corpus deposuit.

LXIX. *Aliud****.

Empedocles, te quidem improvise frustra superbientem
 Et mortalem Ætnæ ignis crateres ostenderunt.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 85. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 84. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 85.

LXVII. 1 *Ἦως ἐλύθη*. Genibus flexis obiit Nonna in templo.

2 *Προχέει*. Reg. Med. *προχέει*.

3 *ἦδε τράπεζα*. Mensa ista, altare oblationibus Nonnae non jam amplius onustum.

9 *Κάρτος*. Non vertit Muratoris, neque enim intellexit quis sit in hoc loco hujus verbi usus. Forte *κρατερώς*.

LXVIII. 4 *Ἄννα*. Vid. 1 Reg. 1.

6 *Ἡ δ' ἐτέρη*. Altera Anna prophetissa, Phanuelis filia, quæ non discedebat de templo. Luc. 11, 36.

LXIX. 1 *Ἐμπεδόκλεις*, etc. Empedocles, ut pro Deo haberetur, in Ætnæ caminum se præcipitem dedit, ne quod corporis vestigium superesset. Verum ferreæ illius crepidæ per flammam rejectæ, demeritis philosophi fraudem prodidere. Vide lib. 11, sect. 2, carm. vii, vers. 281.

METRICA VERSIO.

LXVII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Qui Nonnae genibus tacuerunt labra solutis?
 Qui non jam lacrymis lumina sicca madent?
 Exoritur clamor tumulo: Mensa ergo verenda
 Non habet augustæ munera sacra manus.
 Iste locus castis pedibus vacat. Ergo sacerdos
 Non dextram ponet subtremulam capiti?
 Heu! quid agent viduæ? quid et orphanus? Ecce
 [totondit
 Virginitas crines conjugumque probum.
 Illis ornata: tulit sed fortiter omnia terræ,
 Cum templo liquit membra caduca sacro.

B

LXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sponsum olim coluit dilectum Sara: maritum
 Christi ex discipulo, postea pontificem
 Tu, pia, fecisti, mater, cum lumen abesset.
 Natum per sanctas edidit, Anna, tuus
 Venter; dextra pium Samuelem vovit ad aras.
 Altera sed Christum fovit et Anna sinu.
 Nonna sed ambarum tenuit decus. Ipsa sed orans
 Membra sacro tandem liquit amata loco.

LXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Igniferæ, Empedocles, subito te vana tumentem
 Mortalemque Ætnæ demonstravere cavernæ.

Νόννα δ' οὐ κρατῆρας ἐσήλατο· καὶ δὲ τραπέζῃ
 Τῆδ' ἐποτ' εὐχομένη, καθαρὸν θύος, ἔνθεν ἀέρθη,
 5 Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
 Σουσάνῃ, Μαρίας τε καὶ Ἄννας, ἔρμα γυναικῶν.

O. Ἄλλο.

Ἡρακλῆς, Ἐμπεδότιμ, Τροφόνιος, λήξατε μύθων,
 Καὶ σύ γ' Ἀρισταίου κενεαυχέος ὄφρ' ἄπιστε·
 Ὑμεῖς μὲν θνητοὶ, καὶ οὐ μάκαρες παθέεσιν.
 Οὐμῶ δ' ἄρβενι Νόννα βίου τμήξασα κλειυθον,
 5 Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμιοιο περιφρων,
 Ἰδατ' ἐπουρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκον,
 Τρις μάκαρ ἐν νηῶ σῶμ' ἀποδυσσαμένη.

Nonna vero crateres non insiluit : sed ad altare
 Hoc olim orans. pura hostia, hinc sublata est,
 5 Et nunc excellit inter pias mulieres
 Susannam, Mariam et Annas, columen mulierum.

LXX. *Aliud*'.

Hercules. Empedotime, Trophonic, temperate fabulis,
 Et tu, Aristæi vana jactantis supercilium infidum :
 Vos quidem mortales et nequaquam beati ob animi morbos.
 Masculo attem animo Nonna vitæ secans viam,
 1136 1137 5 Christifera, crucis cultrix, mundi contemptrix,
 Insiluit cœlestem in currum, ut desiderabat,
 Ter beata in templo corpore exuta.

LXXI. *Aliud*''.

Gregorium inclamans per floribus ornatas vineas
 Occurrebas, mater mea, peregre venientibus,
 Manus extendens dilectas dilectis filiis,
 Gregorium inclamans. Fluxit autem sanguis matris
 5 Super utrumque filium, et maxime vero super alumnnum uberis.
 Idcirco te his quoque carminibus, mater, decoravi.

LXXII. *Aliud*'''.

Fili mei uberis, sacrum germen, quantum te desiderans
 Abeo in vitam, Gregori. cœlestem.
 Etenim multa tolerasti, meam curans patrisque
 Seuctutem, quæ et Christi magnus liber habet.

Scriptum an. 374. — Alias Murator. 86. '' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 87. ''' Scriptum
 an. 374. — Alias Murator. 88.

LXX. 1 *Mύθων*. Male μύθους ap. Muratorium.
 Secundum casum more Græco posuit etiam Horatius II, od. 9, 17, *desine mollium querelarum*. —
 MAI not. *ad Cosmam in hunc locum, infra*.

2 *Ἐμπεδότιμ*, etc. Hi veteratores, quo dii haberentur, atque in cœlum rapti existimarentur, in abilitissimos specus sese receperunt, ibique fame perire. De his alibi mentionem facit Gregorius in orat. prima *ad Julianum imperatorem*, et in carm. mox citato, vers. 286.

LXXI. 4 *Βοδῶσα*. Conjicit Muratorius Gregorium narrare somnium aliquod, quo sibi visus est matrem intueri filios ad cœlum invitantem. Addit vir doctus forsitan etiam hic mendum aliquod latere.
 5 *Θρέμματι*. Id est, quem ubere nutritivisti. Vide infra carm. LXXII, vers. 1.

LXXII. 1 *Τέκνον ἐμῆς θηλῆς*, id est, quem lactavi. Unum fortasse Gregorium, inquit Muratorius, lacte suo paverat Nonna : Gorgonium vero et Cæsarium nutricibus lactandos dederat.

METRICA VERSIO

Nonna ignes non insiluit. Dum fundit ad aras,
 Hostia pura, preces, exhinc sublata recessit,
 Nunçque pias inter mulieres eminet, Annas,
 Susannam, Mariam, mulierum firma columna.

LXX. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Hercules, Empedotime, Trophoni, parcite mythis,
 Tu quoque Aristæi fastus malefide superbi :
 Vos homines certe, fœda nec mente beati.
 Fortis Nonna secans generoso tramite vitam,
 Christo plena, crucis cultrix, mundanaque speruens,
 Insiluit currum cœlestem, ut vota ferebant,
 Liquit et in templo membra beata sacro.

B

LXXI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gregorium inclamans per splendida floribus arva
 Obvia tu, mater, peregre venientibus ibas,
 Dilecta extendens dilectis brachia natis,
 Gregorium inclamans. Fluxit parientis utramque
 In sobolem sanguis, præsertim in lactis alumnnum :
 Hinc te funereo decoravi carmine, mater.

LXXII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quantum te cupiens, sacer o flos, lactis alumne,
 Ingredior vitam, Gregori, in ætheream.
 Namque meam curans tolerasti plura senectam,
 Et patris, Chris'i quæ liber æquus habet.

5 Ἄλλῃ, φίλος, τοκέσσι ἐφίσπεο, καὶ σε τάχιστα A
Δεξιόμεθ' ἡμετέροις φάσι προφρονέως.

ΟΓ'. Ἄλλο.

Ἄλλῃ μὲν κλεινὴ τις ἐν οἰκίδιοισι πόνοισιν,
Ἄλλῃ δ' ἐκ χαρίτων, ἡδὲ σοφροσύνης·

Ἄλλῃ δ' εὐσεβίης ἔργοις καὶ σαρκὸς ἀνίας,
Δάκρυσιν, εὐχολαίς, χερσὶ πηνητοκόμοις.

5 Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοιδίμος. Εἰ δὲ τελευτήν
Τοῦτο θέμις καλέειν, κάθθανεν εὐχομένη.

ΟΔ'. Ἄλλο.

Νόνναν ἐπουρανοῖσιν ἀγαλλομένην φαέσσειν,
Καὶ βίζης ἱερῆς πτόρθον ἀειθαλέα,

Γρηγορίου ἱερῆος ὁμόζυγα, καὶ πραπίδεσσιν,
Εὐαγέων τακίων μητέρα τύμβος ἔγω.

ΟΕ'. Ἄλλο.

Εὐχαί τε στοναχαί τε φίλαι καὶ νύκτες δῦποι,
Καὶ νηοῖο πέδον δάκρυσι δευόμενον,
Σοί, Νόννα ζαθέη, τοίην βιώτοιο τελευτήν
Ἦπασαν, ἐν νηῷ ψῆφον ἔλειν θανάτου.

ΟΖ'. Ἄλλο.

Ψυχὴ μὲν πεπερόσσα πρὸς οὐρανὸν ἔλυθε Νόννης,
Σῶμα δ' ἄρ' ἐκ νηοῦ μάρτυσι παρθέμεθα.
Μάρτυρες ἄλλ' ὑπέδεχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον·
Σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἐσπομένην·
ἰ Αἵμασιν ὑμετέροισιν, ἐπεὶ ψυχῶν ἐλετήρος
Δηναῖοισι πόνοισι κάρτος ἔπαυσε μέγα.
Οὐ μύσγων θυσίην σκισιοδεία, οὐδὲ χιμάρρων,
Οὐδὲ πρωτοτόκων Νόνν' ἀνέσχε θεῶ·

5 Verum, dilecte, parentes sequere, et te statim
Excipiemus in lucem nostram libentissime.

LXXIII. *Aliud* ·

Alia quidem celebris domesticis laboribus,

Alia gratis et sapientia;

Alia pietatis operibus et carnis doloribus,

Lacrymis, precibus, larga in pauperes manu.

5 Nonna autem omnibus inclita. Si autem mortem
Hoc fas est appellare, obiit orans.

LXXIV. *Aliud* ··

Nonnam caelestibus exultantem luminibus,

Et radicis sacrae gerinen semper virens,

Gregorii praesulis conjugem, et comparem mente,

Sanctae prolis matrem tumulus habeo.

LXXV. *Aliud* ···

Preces, et chari gemitus, et noctes pervigiles,

Et templi solum lacrymis irriguum,

1138-1139 Tibi, Nonna divina, talem vitae finem

Præbuerunt, in templo mortis subire sententiam.

LXXVI. *Aliud* ····

Mens quidem Nonnae evolans in caelum ascendit:

Corpus autem e templo martyribus apponimus.

Martyres, igitur suscipite hostiam præclaram, multum fatigatum

Corpus, et vestro sanguini sociatum;

5 Sanguini vestro, inquam, siquidem animarum perditoris

Perpetuis laboribus magnas vires repressit.

Non vitulorum victimam umbraticam, non hircorum,

Neque primogenitorum Nonna obtulit Deo:

* Scriptum an. 371. — Alias Murator. 89. ** Scriptum an. 354. — Alias Murator. 90. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 91. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 92.

METRICA VERSIO.

Tu vero, dulces sequere, o dilecte, parentes,
Nostraque te subito gloria suscipiet.

LXXIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Ecce domus aliam celebrem fecere labores,

Gratia tunc aliam, claraque vis sophiæ:

Ilano sacrum pietatis opus, carnisque dolores,

Fletus, atque preces, largaque dando manus.

Nonna sed in cunctis fuit inclita. Dicere mortem

Talia si fas est, Nonna precans obiit.

LXXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cælesti Nonnam exultantem lumine, necnon

Radicis sacrae germen adusque virens,

Gregorii uxorem mystæ, mentisque sequacem,

Sancta cui proles, nunc habeo tumulus.

B

LXXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

En chari gemitus vigili sub nocte, precesque,

Atque solum templi fletibus irriguum,

Hunc fragilis finem vitæ, divina, dederunt,

Nonna, tibi, in templo jura subire necis.

LXXVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Mens Nonnae, inde volans caelumi conscendit, et ar-

Jungimus a templi limine martyribus. ^{[tus}

Hostia clara datur: corpus, pia, suscipe, turba,

Exhaustum, fusi sanguinis et socium:

Sanguinis, hoc verum est, socium, vim iramque ira-

Serpentis domuit nisibus assiduis. ^{[lignam}

Non vanam vitulos umbram, non obtulit hircos

Nonna, nec ex utero iuuncra prima Deo.

Ταῦτα νόμοις προτέροισιν, δὲ εἰκόνας. Ἡ δ' ἄρ' ἑαυτὴν Α

10 Δῶκεν ὄλφ βίῳ, μάνθανε, καὶ θανάτῳ.

ΟΖ'. Ἄλλο.

Ἄλλοις μὲν Νόννης τις ἀγνῶν ἐσθλοῖσιν ἐρίζοι,
Εὐχολῆς δὲ μέτροισιν ἐριζέμεν οὐ θέμις ἐστίν,
Τέκμαρ καὶ βίῳ τοῦ τέλος λιτῆσι λυθέντος.

Ἦ σοναχῶν δακρῶν τε καὶ ἐννοχίων μελεδωνῶν!

5 Ἦ Νόννης ζαθέης τετραμμένα γυῖα πόνοισι!

Ἡοῦ ποτ' ἔην, νηὶς μόχθων λύσε γῆρας ἀκαμπτον.

ΟΗ'. Ἄλλο.

Εὐχομένη, βόωσα παρ' ἀγνοῦσιν τραπέζαις

Νόννα λυθῆ· φωνῆ δ' ἔδεδθη, καὶ χεῖλα καλὰ

Γηραλέης. Τί τὸ θαῦμα; Θεὸς θέλεν ὑμνήτειραν

Γλῶσσαν ἐπ' εὐφήμοισι λόγοις κληῖδα βαλίσθαι.

5 Καὶ νῦν οὐρανὸν μέγ' ἐπεύχεται ἡμετέροισιν

Εὐχολαῖς, καὶ πόντον ἐκοίμισε Νόννα θεουδῆς

Οἷς τεκέεσσι φίλοις· καὶ ἐκ περάτων συνάγειραν

Ἄντολῆς δύσιός τε μεγακλέας, οὐ δοκέοντας,
Μητρὸς ἔρωσ, νοῦσόν τε πικρὴν ἀποκέρραθεν ἀνδρῶς.

10 Λισσομένη, τόδε θαῦμα, λίπεν βίον ἐνδοθι νηῶς.

ΟΘ'. Ἄλλο.

Ἡὼς θάνεν, ἡ περιθῶτον ἐμῆς τέλος ἔπλετο μητρὸς;

Εὐχομένης ψυχῆ πρὸς Θεὸν ἦλατ' ἄνω.

ΙΓ'. Ἄλλο.

Ἐνθα ποτ' εὐχομένης ψυχῆ δέμας ἔλλιπε Νόννης·

Ἐνθεν ἀνῆρθη Νόννα λιποῦσα δέμας.

Hæc sub priore lege quando obtinebant figuræ. Hæc autem seipsam
10 Dedit tota vita, discito, et morte.

LXXVII. *Aliud* ·.

Cum Nonna probus aliquis de aliis virtutibus certet,
Orationum autem ejus mensuram æmulari fas non est,
Quippe quæ metam et vitæ finem inter preces sortita est.

0 suspiria, et lacrymæ, et nocturnæ curæ!

5 O Nonnæ divinæ attrita laboribus membra!

Ubi tunc erat, templum solvit senectutem laboris invictam.

LXXVIII. *Aliud* ··.

Orans, exclamans ad sacratissimas mensas
Nonna dissoluta est; vox devincta est, et honesta labia
Grandævæ. Quid hoc mirum? voluit Deus hymnorum cantatricem
Linguam sanctis sermonibus claudere.

5 Et nunc in cælo multum illa orat pro nostris

Precibus, et pontum sedavit Nonna pia

Suis dilectis liberis: eos congregavit e sinibus

Orientis et Occidentis fama celebres, nihil tale expectantes,

Matris amor, morbumque amarum avertit a conjugē.

10 Orans, id autem mirum, vitam reliquit intra templum.

LXXIX. *Aliud* ···.

Quomodo obiit, aut celebris meæ matris exitus est expletus?

Orantis anima ad Deum avolavit sursum.

1140-1141 LXXX. *Aliud* ····.

Hic olim orantis Nonnæ anima corpus deseruit:

Hinc sublata est Nonna relinquens corpus.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 93. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 94. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 95. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 96.

LXXVII. 4 Ἄλλοις. Ita legimus cum Muratorio pro ἄλλοις, quod habent mss., ut sit sensus.

LXXVIII. 6 Πόντον, etc. In *carmin. De Vita sua*, vers. 135, etc., et in orat. *funebri in laudem patris*, tom. I, pag. 351, num. 31, narrat Gregorius se gravi tempestate jactatum. cum Athenas navi pe-

teret, et precibus matris se liberatum et tempestatem sedatam agnosci.

10 Λισσομένη. Sic legendum putat Muratorius, nisi forte legatur, λισσομένης λίπεν βίος, *vita precantem reliquit*. Mss. λισσαμένης.

METRICA VERSIO.

Talia sub veteri vigerunt lege figuræ:

Hæc se viva dedit, se dedit et moriens.

LXXVII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sit qui cum Nonna sanctus bona certet agendo;

Prolixæ vero nullus precis æmulus adsit:

Nam finem est vitæque metam sortita precando.

0 vigiles noctis curæ, suspiria, fletus!

0 Nonnæ sacro deperdit membra labore!

Templum, ubi nunc aderat, senium venerabile solvit.

LXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Inclamans precibus sacræ mysteria mensæ,

Nonna heu! defecit. Siluit vox, vincitque labra

Grandævæ. Quid in hoc mirum? divina canentis

B Ora sacris voluit Numen præcludere verbis.

Pro nostris et nunc precibus multum orat olympo,

Et charis tumidum natis compevit æquor.

Hos fama celebres longe revocavit ab ortu

Occasusque, nihil sperantes tale, parentis

Dulcis amor: morbumque viri sanavit acerbum.

Liquit at in templo vitam, hæc quam mira! precando.

LXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quo defuncta modo? claræ quæ funera matris

Orantis petiit mens resoluta Deum.

LXXX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hic olim Nonnæ orantis mens exiit artus,

Artubus hinc cælum libera Nonna petit

IIA'. Ἄλλο.

Πολλάκις ἐκ με νόσων τε καὶ ἀργαλέων ὀρυμαγδῶν
Σεισμῶν τε κρυερῶν, καὶ ἀγρία κυμαίνοντος
Ὀβριμῶν ἐξεσάωσας, ἐπεί Θεὸν Παιὸν εἶχες.
Ἄλλὰ σῶ καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλῃσι λιτῆσι,
Ὡ Καὶ σὺ, τεκοῦσα μάκαιρα, ἐν εὐχολῆσι θανοῦσα.

IIB'. Ἄλλο.

Νόννα, σοὶ φωνὴ περιλείπεται, Νόννα φαινή,
Πάντ' ἄμυδις ληνοῖς ἐνθεμένη μεγάλῃσι,
Ἐκ καθαρῆς κραδίης ἀγνὸν θύος. Ἄλλ' ἄρα καὶ τὴν
Ἰστατίην νηῖ λαίπας ἀειρομένη.

IIC'. Ἄλλο.

Ὡδ' ἔθανεν νηλοῦ θυώδεος ἔκτοθι Νόννα.

A Φωνὴν δὲ προτέρην ἤρπασε Χριστὸς ἀναξ
Λισσομένης· πόθειν γὰρ ἐν εὐχολῆσι τελέσσαι
Τόνδε βίον, πάσης ἀγνότερον θυσίης.

IID'. Ἄλλο.

Νόνν' ἱερῆ, σὺ δὲ πάντα Θεῷ βίον ἀντεινάσα,
Ἰστατίον ψυχὴν δῶκας ἀγνήν θυσίην.
Τῆδε γὰρ εὐχομένη ζῶην λίπας· ἡ δὲ τράπεζα,
Μῆτηρ ἐμή, τῷ σῶ δῶκε κλέος θανάτω.
Ὡ Τῆδε πατήρ μὲν ἐμὸς λάτρις μέγας ἦε τραπέζης
Μήτηρ δ' εὐχομένη παρ πόσι λῆξε βίου.

IIE'. Ἄλλο.

Γρηγόριος Νόννα τε μεγακλέες, εὐχομ' Ἄνακτι
Τοίην μοι ζῶην καὶ τέλος ἀντίσσαι.

LXXXI. *Aliud* '.

Sæpe me ex morbis, et gravibus turbis,
Motibusque terræ horribilibus, et immane undantibus
Procellis liberasti, quoniam Deum placasti.
Sed et nunc salva me, pater, magnis precibus,
Ὡ Et tu, genitrix beata, inter preces mortua.

LXXXII. *Aliud* ''.

Nonna, tibi vox supererat, Nonna inclyta,
Omnia promiscuè torcularibus imponens magnis,
E puro corde puram hostiam. Verum tandem et hanc
Extremam in templo reliquisti, inde sublata.

LXXXIII. *Aliud* '''.

Non obiit extra redolens odore templum Nonna;
Vocem vero prius rapuit Christus rex
Orantis: optabat enim, inter preces finire
Hanc vitam, omni puriorem sacrificio.

LXXXIV. *Aliud* ''''.

Nonna religiosa, tu cum totam Deo vitam obtulisses,
Tandem animam dedisti puram hostiam.
Hic autem orans, vitam reliquisti. Illa vero mensa,
Mater mea, tuæ dedit gloriam morti.
Ὡ Hujus sacræ mensæ pater quidem meus magnus cultor fuit,
Mater vero orans apud conjugem vivere desiit.

LXXXV. *Aliud* '''''.
Gregorius et Nonna celebres, precor Deum,
Ut talis mihi vita et mors contingant.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 97. '' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 98. '''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 99. '''''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 100. '''''''' Scriptum an. 374. — Alias Murator. 101.

LXXXIV. Ὡ Τῆσδε, etc. Censet Muratorius duos istos postremos versus a superioribus sejungendos. Mallem duos sequentes addere.

METRICA VERSIO.

LXXXI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Me sæpe ex morbis gravibusque tumultibus olim,
Motibus et terræ, sævisque immane procellis
Salvastī, placidum quoniam tu Numen habebas.
Sed me nunc precibus salva, pater inclyte, magnis,
Tuque, beata parens, sancte defuncta precando.

LXXXII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

En vox sola tibi super, inclyta Nonna, manebat,
Dum ponis prælis cætera sideris,
Puri animi purum munus. Sed et ultima fugit
In templo, cum te sustulit inde Deus.

LXXXIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Non extra redolens obiit Nonna inclyta templum,

B Sed vox a Christo principe rapta prius
Orantis: namque optabat finire precando
Vitam, qua nulla est hostia pura magis.

LXXXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cum totam Domino vitam, pia Nonna, dedisses,
Mens quoque nunc tandem victima pura data est.
Hic orans vitam posuisti. Mater, honorem
Mensa tuæ clarum contulit illa neci.
Mensæ hujus cultor quondam pater exstitit: orans
Desiit at mater vivere, juncta viro.

LXXXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Gregorius celeberrimus cum Nonna: te, Deus, oro,
Talis vita mihi. sit mihi mors similis.

ΗΓ'. Ἄλλο.

Μολλά, τράπεζα φλη, Νόννης, καὶ δάκρυ' ἐδέξω·
Δέχυστο καὶ ψυχὴν τὴν πυμάτην θυσίην.

Εἶπε, καὶ ἐκ μελέων κέαρ ἔπιτατο, ἐν δ' ἄρα μοῦνον
Παῖδ' ἐπόθει τεκέων τὸν ἐτι λειπόμενον.

ΗΖ'. Ἄλλο.

Ἐνθα ποτ' εὐχομένης τόσσον νόος ἔπιτατο Νόννης,
Μέσφ' ὅτε καὶ ψυχὴ ἔσπετ' ἀειρομένη.

Εὐχομένη δὲ νέκυς ἱερῆ παρέκειτο τραπέζῃ.
Γράφατ' ἐπερχομένοις θαῦμα τόδ', εὐσεβέες.

ΗΘ'. Ἄλλο.

Τίς θάνεν, ὡς θάνε Νόννα, παρ' εὐαγέισσι τραπέζαις,

Α Τῶν ἱερῶν σανίδων χερσὶν ἐτραπομένη;
Τίς λύσειν εὐχομένης Νόννης τύπον; ὡς ἐπιδηρὸν
Ἦθελεν ἐνθα μένειν, καὶ νέκυς εὐσεβέων.

ΠΘ'. Ἄλλο.

Ἐνθα ποτ' εὐχομένη Νόννη θεὸς εἶπεν ἀνωθεν·
Ἐρχεο. Ἢ δ' ἐλύθη σύματος ἀσπασίως.
Χειρῶν ἀμφοτέρων, τῇ μὲν κατέχουσα τράπεζαν
Τῇ δ' ἐπιλιτσομένη· Ἰλαθι, Χριστέ ἀναξ.

Ι'. Ἄλλο.

Σάββα φλη, πῶς τὸν σὸν Ἰσαὰκ λίπες, ἡ ποθέουσα
Τῶν Ἀβραὰμ κόλπων, ὡς τάχος, ἀντιάσαι,
Νόννα Γρηγορίου θεόφρονος; Ἢ μέγα θαῦμα
Μηδὲ θανεῖν νηροῦ ἔκτοθι καὶ θυέων.

1142-1143 LXXXVI. *Aliud* *

Plurima, pia mensa, Nonnae, et lacrymas tulisti,
Excipe et animam extremam hostiam.
Dixit, et e membris cor avolavit; unum autem solum
Filiam desiderabat e reliquis liberis adhuc superstitem.

LXXXVII. *Aliud* **.

Hic olim orantis Nonnae spiritus tanto impetu avolavit.
Ut et vita secuta sit spiritum avolantem.
Orans autem mortua ante sacram jacebat mensam.
Scribite posteris rem miram, viri pii.

LXXXVIII. *Aliud* ***.

Quis mortuus est, ut mortua est Nonna, prope sanctam mensam,
Sacras tabulas manibus contingens?
Quis orantis Nonnae formam dissolvit? perinde ac diu
Volverit hic manere, et mortua pietati vacare.

LXXXIX. *Aliud* ****.

Hic aliquando oranti Nonnae Deus e caelo dixit:
Veni. Illa autem soluta est corpore libenter.
Ambarum manuum altera quidem tenens mensam,
Altera opem implorans: Propitius sis, Christe rex.

XC. *Aliud* *****.

Dilecta Sara, quomodo tuum Isaac reliquisti, cupiens
In Abrahæ sinum quam citissima deferri,
Nonna Gregorii sacerdotis? Certe magnum prodigium,
Ne quidem mori extra templum et sacra.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 102. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 103. *** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 104. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 105. ***** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 106.

LXXXVIII. 4 *Εὐσεβέων*. Forte *εὐσεβέων*.
XC. 4 *Θυέων*. Hic istud epigramma in duo non
male dividi posse Muratorio videtur. Mox *μήτις*

μὲν. Putat Salvinius legi posse *μογεύσασα*, vel quid
simile.

METRICA VERSIO.

LXXXVI. ALIUD.

A. B. Caillau interprete.)

Plurima, cum lacrymis Nonnae, pia mensa, tulisti;
Extremum munus, suscipias animam.
Dixit, et e membris fugit cor: nil nisi solum
Curabat natum, qui super unus erat.

LXXXVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hic Nonnae orantis tanto mens impete fugit,
Ut mentem fuerit vita secuta cito.
Orans ante sacram mensam defuncta jacebat.
Mirum hoc venturis scribite, sancta cohors.

LXXXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sacratam quis, Nonna velut, defecit ad aram,

B Contingens sanctas cum manibus tabulas?
Quis formam orantis solvit? Voluitne manere,
Inque ipsa votis morte vacare piis?

LXXXIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hic Deus oranti clamavit ab aethere Nonnae:
Adsis. Est membris illa soluta libens.
Sacratæ hærebat mensæ manus una: petebat
Altera præsidium: Sis mihi, Christe, favens.

XC. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Isaacum, dilecta, tuum liquisti quomodo, Sarra
Inferri cupiens Abrahami gremio,
Gregorii mystæ conjux, o Nonna: stupendum
Non extra templum, vel pia sacra mori.

5 Μάρτυρες ἰλήκοιτε, μόγις μὲν, οὐτι χειρῶν
 Νόννα φιλῆ, κρυπτῶ κάμφαδιῷ πολέμῳ,
 Τοῦνεκα καὶ τοίην κύρσεν βιότοιο τελευτήν,
 Εὐχῆς καὶ ζωῆς ἐν τέλος εὐρομένη.

ἱΑ'. Ἄλλο.

Ῥίζης εὐσεβέος γενόμην, καὶ σὰρξ ἱερῆς,
 Καὶ μήτηρ. Χριστῷ σῶμα, βίον, δάκρυα,
 Πάντ' ἐκέκωσα φέρουσα. Τὸ δ' ἴσχατον ἐνθεν ἀέρθην,
 Νηῶ γηραλέον Νόννα λιπούσα δέμας.

ἱΒ'. Ἄλλο.

Πίστις Ἐνώχ μετέθηκε, καὶ Ἑλλαν· ἐν δὲ γυναιξί
 Μητέρ' ἐμὴν πρώτην· οἶδε τράπεζα τότε,

A Ἐνθεν ἀναιμάκτησιν ὁμοῦ θυέσσιν ἀέρθη
 Εἰσέτι λισσομένη σώματι, Νόννα φιλῆ.

ἱΓ'. Ἄλλο.

Οὐ νόσος, οὐδέ σε γῆρας ὁμοίον, οὐ σέ γ' ἀνίη
 Καίπερ γηραλέην, μήτηρ ἐμῆ, δάμασεν·
 Ἄλλ' ἄτρωτος, ἀκαμπτos, ἀγνῆς ὅπῳ ποσσὶ τραπέζῃ;
 Εὐχομένη, Χριστῷ, Νόνν', ἀπέδωκας ὅπα.

ἱΔ'. Ἄλλο.

Δῶκε Θεῷ θυσίην Ἀβραὰμ πᾶν, ὡς δὲ θυγάτρα
 Κλεινὸς Ἰεφθάς, ἀμφοτέροι μεγάλην.
 Μῆτηρ ἐμῆ, οὐ δ' ἔδωκας ἀγνὸν βίον, ὀσάτιον δὲ
 Ψυχὴν εὐχολῆς, Νόννα, φίλον σφάγιον.

5 Martyres, parcite; ægre quidem dicam: non inferior vobis
 Nonna dilecta occulto et aperto bello.
 Quapropter et talem sortita est vitæ finem,
 Orationis et vitæ exitum inveniens.

XCI. Aliud'.

Radice pia prodii, uxor sacerdotis sui
 Et mater. Christo corpus, vitam, lacrymas,
 1144-1145 Omnia offerens, exhausti. Postremo hinc sublata sum,
 Templo annosum Nonna relinquens corpus.

XCII. Aliud''.

Fides Enochum transtulit et Eliam: inter mulieres autem
 Matrem meam primam: novit hoc mensa
 Unde incruentis cum victimis sublata eat
 Adhuc orans corpore, Nonna dilecta.

XCIII. Aliud''''.

Non te morbus, non te senectus similis morbo, nec te mæror
 Quamvis longævam, mater mea, domuit;
 Sed illæsa, nec curvata, sanctæ sub pedibus mensæ
 Oraus, Christo, Nonna, reddidisti vocem.

XCIV. Aliud''''.

Obtulit Deo Abrahamus filium, ita et filiam
 Inclytus Jephthæ, uterque magnum sacrificium.
 Tu vero, mater mea, obtulisti castam vitam, novissime autem
 Animam precis, Nonna, gratam hostiam.

* Scriptum an. 374. — Alias Murator. 107. ** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 108. *** Scriptum
 an. 374. — Alias Murator. 109. **** Scriptum an. 374. — Alias Murator. 110.

7 Τοίην. Sic legendum videtur, ut respondeat voci
 τελευτήν. Murat. solon. Edit. ποιῆς. — Τελευτήν.
 Forte τελευτῆς. SALVIN.

XCI. TIT. Ἄλλο, etc. Hoc epigramma depromptum
 e codicibus regiiis Paris., et acceptum a claro viro
 Boivinio, in 25 epigrammata partitus est Muratorius.

1 Ῥίζης εὐσεβέος. Christianis parentibus orta
 erat Nonna. Ibid. σὰρξ. Mss. σύζυγο;. Conjux senioris
 Gregorii et mater junioris.

4 Νηῶ. Cod. Reg. νηόν, templum simul et corpus

linquens.

XCII. TIT. Ἄλλο. Hoc carmen et quæ sequuntur
 usque ad 139 Muratorii, V. Boivinii Reg. biblio-
 thec. Paris. Muratorio communicavit; eadem reperit
 postea in cod. Medic. Salvinii.

3 Ἀναιμάκτησιν. Salvin. putat legendum ἀναι-
 μάκτοισιν.

XCIII. 1 Ὁμοίον. Schol. ἀνθρώπων.

4 Ὅπα. Reg. 962 super lin. ψυχῆν.

XCIV. 4 Εὐχολῆς. Ita cod. Med. Reg. εὐχολαῖ;

METRICA VERSIO.

Sanguinei Christi, dicam ægre, parcite, testes;
 Non fuit hæc vobis clamve palamve minor
 Repperit hinc talem vitæ clarissima finem;
 Idem illi vitæ terminus atque precum.

XCI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Radicis sanctæ germen, quin mater et uxor
 Clara sacerdotis, membra, animam, lacrymas,
 Cuncta ferens Christo exhausti; sed denique Nonna
 Annosum liqui corpus in æde sacra.

XCII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Transtulit alma fides Enochum Thebæque prophe-
 [tam;

B Transtulit et matrem; mensa scit ista Dei,
 Unita unde sacro, fusi quod sanguinis experts,
 Corpore fugit adhuc Nonna beata precans.

XCI. ALIED.

(Eodem interprete.)

Non acer morbus, similisve senecta, dolorve
 Quamvis longævam te, genitrix, domuit.
 Haud læsa, haud incurva quidem, sub marmore
 Vocem emisisti, Nonna, precata Deum. [mensæ

XCIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Obtulit Abrahamus natum, natam obtulit audax
 Jephthæ, grande nimis munus uterque, Deo
 Tu vitam primo castam, tandemque dedisti,
 Nonna, precis mentem: victima quanta datur,

ιε'. Ἄλλο.

Ἡ Τριάς, ἦν ποθέσκαε, ὁμὸν σέλας. Ἐν τε σέβασμα,
Ἐκ νηοῦ μεγάλου σε πρὸς οὐρανὸν ἤρπασε, Νόννα,
Εὐχομένην· ζωῆς δὲ τέλος καθαρώτερον εὔρες.

ις'. Ἄλλο.

Ὅποτε χεῖλα μέλας ἀνάγκοις χεῖλεσιν ἀγνά,
Οὐδ' ἀθέω παλάμη καθαρὴν χεῖρα μέχρις ἔδωδης,
Μῆτερ ἐμή· μισθὸς δὲ λιπτεῖν βίον ἐν θυέσσει.

ιζ'. Ἄλλο.

Ἄγγελος αἰγλήεις σε φαάντατος ἤρπασε, Νόννα,
Ἐνθα ποτ' εὐχομένην καθαρὸν μελέεσσι νόω τε·
Καὶ τὸ μὲν ἤρπασε σείο, τὸ δ' ἐνόθαδε κάλλιπε νηψ̄.

A

Νηὸς ἔδ', οὐ γὰρ ἄλην Νόνναν θέμις ἦεν ἐρύξει,
Ψυχῆς οἰχομένης, μόνον ἐπέσχε δέμας,
Ὡς πάλιν ἐγρομένη καθαρώτερον ἔνθεν ἀερθῆ
Σώματι τῷ μογερῷ δόξαν ἐπεσομένη.

ιθ'. Ἄλλο.

Νόννη Φιλτατίου. Καὶ ποῦ θάνε; τῷδ' ἐν νηψ̄.
Καὶ πῶς; εὐχομένη. Πηνίκα; γηραλήη.
Ὡ καλοῦ βίωτοιο, καὶ εὐαγέος θανάτοιο!

π'. Ἄλλο.

Ἄρματι μὲν πυρόντι πρὸς οὐρανὸν Ἥλιας ἤλθεν·
Νόνναν δ' εὐχομένην Πνεῦμ' ὑπέδεκτο μέγα.

XCV. *Aliud*·

Trinitas illa, quam desiderabas, unum jubar, et una majestas
E templo magno in cælum te rapuit, Nonna,
Orantem: vitæ autem exitum puriorem sortita es.

XCVI. *Aliud*·

Nunquam labra miscuisti impuris labiis casta,
Neque gentili manui puram manum usque ad cibum,
Mater mea: merces autem liquisse vitam inter sacra.

XCVII. *Aliud*·

Angelus radians lucidissimus te rapuit, Nonna,
Hic quondam orantem pure corpore et mente:
Et hoc quidem tui rapuit: illud autem reliquit templo.

1146-1147 XCVIII. *Aliud*·

Templum hoc, non enim totam Nonnam fas erat retinere,
Anima egressa, solum retinuit corpus,
Ut rursus excitata purius inde attollatur,
Corpore laborum consorte gloriam indutura.

XCIX. *Aliud*·

Nonna Philtatii filia. Et ubi obiit? hoc in templo.
Et quomodo? orans. Quando? anus.
O pulchram vitam, et piam mortem!

C. *Aliud*·

Curru quidem igneo in cælum Elias abiit:
Nonnam autem orantem Spiritus suscepit magnus.

* Scriptum an. 374.—Alias Murator. 411. ** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 412. *** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 413. **** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 414. ***** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 415. ***** Scriptum an. 374.—Alias Murator. 416.

XCVI. 2 *Ὁὐδ' ἀθέω*. Schol. ἀπλοσφ, ἢ ἀπλύτω. Nunquam Nonna gentilis feminæ etiam honestissimæ et propinquæ manibus manum junxerat. Vide orat. xviii, alias xix, in *Obitu patris*, tom. I, pag. 356, num. 40.

XCVII. 3 *Καὶ τὸ μὲν*, etc. Id est, animum quidem rapuit, corpus vero reliquit.

XCVIII. 3 *Ἐγρομένη*. Ita Reg. 991 et sup. lin. ἀνιστάσα. Est syncope pro ἐγχιρομένη, inquit Mura-

torius. Ex his verbis erui posse videtur Nonnam humatam fuisse in templo, ubi animam efflavit, hincque discimus Christianorum cadavera intra ædes sacras condendi consuetudinem olim viguisse. Edit. ἐγρομένη.

XCIX. 1 *Φιλτατίου*. Philtatius pater Nonnæ fuit; quare non mirum cur sæpe Philtatios alibi laudavit Gregorius. Non tamen facile dignoscere possis, quis ille Philtatius Nonnæ pater.

METRICA VERSIO.

XCV. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Hæc optata Trias, unum jubar, una potestas,
In cælum e templo rapuit te, Nonna, precantem.
Sanctior hinc vitæ finem es sortita beatum.

XCVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Pura labris nunquam junxisti labra profanis,
Gentilive manum manui, convivia miscens,
Mater: at in sacris vitam exhalasse corona.

XCVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hinc te, Nonna, tulit clarissimus angelus olim,
Corpore dum puro, pura dum mente precaris;
Idque tui rapiens, illud sacra æde reliquit.

B

XCVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Hic Nonnæ, nec enim totam retinere licobat,
Egrediente anima, nil nisi corpus adest,
Purius inde rediit ut sustollatur ad auras,
Induat et decorem fracta labore caro.

XCIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Philtatii Nonna hæc. Ubi decidit? Æde sacrata.
Qua ratione? Precans. Tempore quo? Senior.
O vitam insignem! Præclaræ o munera mortis!

C. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Ignito cælum cursu conscendit Elias,
Orantem at Nonnam Flamen ad astra tulit.

Ἐνθάδε Νόννα φθῆ κοιμήσατο τὸν βαθὺν ὕπνον,
 Ἰλαος ἱσπομένη ζῆ πόσι Γρηγορίῳ.
 5 Θάμβος ὁμοῦ, καὶ χάριμα· πρὸς οὐρανὸν ἔνθεν ἀέρθη
 Εὐχῆς ἐκ μεσάτης Νόννα λιπούσα βίον.
 Εὐχῆς καὶ βίτου Νόννη τέλος· ἦδε τράπεζα
 Μάρτυς, ἀφ' ἧς ἤρθη ἀπνοὸς ἑξαπίνης.
 Νόννης ἦριον εἰμὶ σαόφρονος, ἦ ῥα πύλησιν·
 10 Ἐχριμψ' οὐραναίς, πρὶν βίτοιο λυθῆ.
 Δακρύετε θηητοὺς θνητῶν γένος· εἰ δέ τις οὕτως,
 Ὡς Νόνν' εὐχομένη, κάτθανεν, οὐ δακρῶν.
 Νόννης ἀζόμενος ἀγνὸν βίον, ἄξιο μᾶλλον
 Καὶ τέλος· ἐν νηῶ κάτθανεν εὐχομένη.
 15 Ἐνθα ποτ' εὐχομένη πρηγῆς θάνε Νόννα φαεινῆ·
 Νῦν δ' ἄρ' ἐν εὐσεβῶν ἰσσεταὶ ἰσταμένη
 Στήλη σοι θανάτου μελιηδῆος ἦδε τράπεζα,
 Νόννα, παρ' ἧ ἐλύθης εὐχομένη πύματα.

Α Μικρὸν ἔτι ψυχῆς ἦν τὸ πνέον· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸ
 20 Νόνν' ἀπέδωκε Θεῶ ἔνθα ποτ' εὐχομένη.
 Πέμψατε ἐκ νηοῦ θεοειδέα Νόνναν, ἅπαντας·
 Πρέσβειραν μεγάλην πέμψατ' ἀειρομένην.
 Ἐκ με Θεὸς καθαροῖο πρὸς οὐρανὸν ἤρπασε νηοῦ,
 Νόνναν ἐπειγομένην οὐρανοῖς παλάσαι.
 25 Νόνν' ἀπανισταμένην νηοῦ μεγάλου, τόδ' ἔειπεν·
 Τῶν πολλῶν καμάτων μελιζονα μισθὸν ἔχω.
 Νόννα, φίλης εὐχῆς ἱερῆιον, ἐνθάδε κείται·
 Νόννα ποτ' εὐχομένη τοῦδ' ἐλύθη βίτοιο.
 Ἐκ νηοῦ μεγάλου θύος μέγα Νόνν' ἀπανεστή·
 30 Νηῶ Νόνν' ἐλύθη· χαίρετε, εὐσεβεές·
 Ἦδε τράπεζα Θεῶ θεοειδέα Νόνναν ἐπεμψεν.
 ΠΑ'. Τῶν τοκέων θανόντων προσωποποιία.
 Εἴη σοι βλος ἐσθλὸς ἐπ' εὐλογίαισιν ἀπάσαις
 Ὅσσάτιαι τοκέων υἱεῖαι γηροχόμοις,

Hic Nonna chara obdormivit profundum somnum,
 Libens secuta virum suum Gregorium.
 5 Terror simul, et gaudium; in cœlum hinc sublata est
 Prece e media, Nonna, linquens vitam.
 Precis et vitæ: una Nonnæ finis fuit: sacra hæc mensa
 Testis, unde sublata est exanimis repente
 Nonnæ tumulus sum pudicæ, quæ ad fores
 10 Appulit cœlestes, antequam vita soluta esset.
 Delete cæteros mortales, mortalium genus: si quis autem sic
 Ut Nonna orans, obiit, non delecto.
 Nonnæ venerans castam vitam, venerare magis
 Et obitum; in templo mortua est orans.
 15 Hi quondam orans prona occubuit Nonna illustris:
 Nunc autem in piorum cœtu stans orat.
 Cippus tibi mellitæ mortis hæc mensa,
 Nonna, juxta quam soluta es postremum orans.
 Exiguus adhuc animæ restabat spiritus: sed et hunc
 20 Nonna reddidit Deo hic olim orans,
 Prosequimini e templo divinam Nonnam, omnes;
 Patronam magnam prosequimini sursum sublata.
 Me Deus e puro in cœlum rapuit templo,
 Nonnam festinantem ad cœlestes accedere.
 1148-1149 25 Nonna sursum sublata e templo magno, hoc dixit:
 Multis laboribus majorem mercedem habeo.
 Nonna, dilectæ precis victima, hic jacet:
 Nonna quondam orans hac soluta est vita.
 E templo magno victima magna, Nonna sursum sublata est;
 30 In templo Nonna soluta est: gaudete, pii.
 Hæc sacra mensa ad Deum divinam Nonnam transmisit.

CI. Parentum mortuorum prosopopœia.

Sit tibi vita prospera per omnes benedictiones,
 Quæcunque contingunt filiis parentum senectutem colentibus,

• Scriptum an. 374.— Alias Murator. 117.

METRICA VERSIO.

Hic obdormivit somnum dilecta profundum,
 Ultro Gregorium Nonna secuta virum.
 Lætitia et terror: petiit cœlum inde, relinquens
 In media vitæ lumina Nonna prece.
 Qui precis, hic finis vitæ: sit mystica testis
 Mensa, cui rapta est funere Nonna cito.
 Sum castæ tumulus Nonne, quæ limina pressit
 Ante poli, vita quam resoluta foret.
 Mortales alios, mortales, flecte, sed inter
 Non defendenda mihi Nonna preces moriens.
 Innocuam Nonnæ vitam venerare, magisque
 Funera; nam sacra deficit æde precans.
 Hoc orans obiit quondam Nonna inclyta templo,
 Nunc stans in superis cœlibus orat adhuc.
 Hæc tibi mellitæ mortis sacra mensa columna;
 Hic cadis, extrema, Nonna, precata vice.
 Exiguus restabat adhuc super habitus, illum

B Reddidit hic orans Nonna beata Deo.
 E templo cuncti divinam educite Nonnam,
 Quæ volat ad meritum fida patrona polum.
 Me Deus in cœlum pura raptavit ab æde,
 Nonnam, quæ cœli limina sacra peto.
 Nonna sacro sublata loco super æthera, dixit:
 Nunc majora gravi dona labore fero.
 Nonna precis jacet hic dilectæ victima; vita
 Hoc orans quondam Nonna soluta loco.
 Magna hoc e magno sublata est victima templo,
 Nonna sacris moriens: plaudite, sancta cohors,
 Transtulit ad Christum Nonnam sacra mensa beatam.

CI. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Sit bona vita tibi, sint gaudia debita natis,
 Sanguinis auctores qui coluere senes;

Καὶ κοῦφης βίωτοιο τυχεῖν, ὅστις τε τελευταῖος,

Ὄφιν ἡμετέρῳ γῆραι δῶκεν Ἄναξ,

5 Ἰπθόλιον, λογίων τε μέγα κράτος, τῆδ' ἱερῶν.

Καὶ πολιῆς σκήπων, Γρηγόρι', ἡμετέρης.

PB. Ἄλλο.

Ἀσπασίοι χθόνα τήνδε φιλίας ὑπὸ χεῖρασι παιδὸς

Ἐσσάμεθ' εὐσεβέες Γρηγορίου τοκέας,

Ἵς καὶ γῆρας ἔθηκεν τοῖς μόχθοισιν ἐλαφρὸν

Ἡμέτερον, καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις.

5 Ἄμπνεε γηροκόμων καμάτων, μέγα φέρτατε παῖδων,

Γρηγόρι', εὐαγίας μάρτυσι παρθέμονος

Σοῦς τοκέας. Μισθὸς δὲ μέγαν πατέρ' ἴσασιν εἶναι,

A Πνευματικῶν τε τυχεῖν εὐσεβέων τελέων.

PG. Εἰς Ἀμφιλόχιον.

Ἦλυθε κ' Ἀμφιλόχοιο φίλον δέμας ἐς μέγα σῆμα,

Ψυχὴ δ' ἐς μακάρων ἔφχετ' ἀποπταμένη

Πηροῖς πάντα πέπασσο, μακάρτατε. Βίβλον ἔφραξ

Πᾶσαν ὄση θνητῶν, κ' εἰ τις ἐπουρανίη.

5 Γηραλῶς φίλῃν ὑπέδυσ χθόνα. Τέκνα λείλοιπας

Κρεῖσσονα καὶ τοκέων, τὸ πλεόν οὐ μερόπων.

PA'. Ἄλλο.

Ἄσμενος ἦτε δάμαρτι καὶ υἱεῖσι πάρετο σῶμα

Ἀμφιλόχος, λιπαροῦ γήραος ἀντίστας.

Et commo la vita frui, sanctumque finem consequi,

Qualem nostræ senectuti dedit Rex,

5 Juvenum eruditorumque magnam præsidium, et sacerdotium

Et canitiæ columen, o Gregori, nostræ.

CII. *Alia* *.

Alacres terram hanc charis sub manibus filii

Induimus pii parentes Gregorii,

Qui et senectutem reddidit suis laboribus levem

Nostram, et nunc prosequitur sacrificiis.

5 Respira a laboribus senectutem sustentantibus, præstantissimo filiorum

Gregori, pios martyribus apponens

Tuos parentes. Merces autem magnum patrem tibi propitium esse,

Spiritualesque nancisci pios filios.

CIII. *In Amphiloichium* **.

Venit et Amphiloichii charum corpus in magnum sepulcrum,

Anima autem in beatorum sedes avolans abiit.

Necessariis omnia comparasti, beatissime. Librum explicuisti

Omnem, et qui de rebus humanis et qui de cælestibus agit.

5 Senex amicam subiisti humum. Filios reliquisti

Præstantiores quoque parentibus, quod plerumque non est mortalium.

1150-1151 CIV. *Aliud* ***.

Lubens sane ad uxorem et liberos apposuit corpus suum

Amphiloichius, beatam senectutem adeptus.

* Scriptum an. 574. — Alias Murator. 418. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 29. *** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 30.

CI. 3 Κούφης. Muratorio placet κοῦφου.

4 Ἄναξ. Nempere *Deus*, vel *Christus*, inquit Muratorius.

5 Ἰπθόλιον. Schol. Ἰσθόλιον.

6 Σκήπων. Reg. 991 sup. lin. βακτήριον. Dubitat nec forte immerito clarus vir Boivinius an carmen istud cum sequenti tribuendum sit Gregorio, quod tanti viri modestiam non redolet. Hoc tamen in more est Gregorio, modo alios loquentes inducat.

CII. Ἄλλο. Cod. Med. παρὰ γονέων. Gregorius et Nonna filium suum Gregorium alloqui pergunt, commemorando labores, quos in parentum senectute sustentanda toleravit.

2 Εὐσεβέες. Reg. 1227 εὐσεβέος. *Spiritualesque nancisci pios filios.*

4 Ἀμφιέπει θυσίαις. Gregorius in hoc carmine confirmat piam Christianorum consuetudinem offerendi preces et sacrificia pro iis qui dormiunt in somno pacis. Eamdem consuetudinem in Occidente viguisse constat ex his verbis Ambrosii in epistola 39 ad Faustinum: *Itaque non tam deplorandam quam prosequendam orationibus, nec mortificandam lacrymis tuis, sed magis oblationibus animam ejus Domino commendandam arbitror.*

5 Ἄμπνεε. Sic Reg. 1277. Male editi. ἄμπνεε.

CIII. Τίτ. Εἰς Ἀμφιλόχιον. Amphiloichius maritus Liviz et Amphiloichii pater, ab Amphiloichio Iconiensi, quem nunquam uxorem et liberos habuisse legimus, diversus fuit, Nonnæ frater.

CIV. 1 Πάρετο. Murat. commendavit.

METRICA VERSIO.

Sint tibi felicesque dies finisque beatus,
Rex qualem nobis contulit æthereus,
Doctorum, juvenum, pastoralisque catervæ,
Et nostri senii, nate, columna diu.

CII. *ALIUD.*

(A. B. Caillau interprete.)

Hanc, chara nati dextra curante, parentes
Gregorii terram lætius induimus:
Sedulus extremis dulces qui reddidit annos,
Nostraque nunc sacris funera prosequitur.
Sit tibi, nate, quies a sustentante senectam
Longævum studio, martyribusque pios
Auctores vitæ apponas. Sint præmia patris

B Vota, et cælestis sanctæque progenies.

CIII. *IN AMPHILOICHIIUM.*

(Eodem interprete.)

Corpus et Amphiloichi tumulum descendit in altum,
Mens autem petiit regna beata volans.
Cognata bona cuncta parans, solvensque libellum
Qui terrena tenet, si quis et æthereæ,
Duce solum senior subiisti, pignora linquens
Quæ (miranda loquor!) sunt meliora patre.

CIV. *ALIUD.*

(Eodem interprete.)

Uxori membra apposuit natusque libenter
Amphiloichus, complexus tempora longa senex,

Ὀλβιος, εὐγενέτης, μύθων κράτος, ἄλλαρ ἀπάντων, Α Καὶ Χάριτες Μούσαισι μεμιγμένοι, ἔξοχα δ' αὖ σε
 Πηῶν, εὐσεβέων, εὐγενέων, λογίων,
 5 Καὶ μύθοιο δοτῆρ περιώτιος ἦν. Ἴδ' ἑταίρων
 Σῶν ἐνός, ὧ φιλότης, γράμμ' ἐπιτυμβίδιον.
 Ὡ μάκαρ, ὧ ξυὸν πενήτης ἄκος! ὧ πετρώντες
 Μῦθοι, καὶ πηγὴ πᾶσιν ἀρουμένη!
 Ἀσθματι πάντα λίπας πυμάτηρ, τὸδ' ἄμ' ἔσπετο μοῦνον
 10 Ἐνθεν ἀειρομένη κῦδος ἀεὶ θαλερόν.
 Γρηγόριος τὰδ' ἔγραψα, λόγῳ λόγον, ἐν παρα σείῳ,
 Ἄμφιλοχ', ἐξεδάην, ἀντιχαριζόμενος.
 ΡΕ. Εἰς Ἄμφιλόχιον ἄλλον.
 Ἄμφιλοχος τέθνηκεν· ἀπώλετο, εἴ τι λείπειτο
 Καλὸν ἐν ἀνθρώποις ρητορικῆς τέμενος·

Beatus, nobilis, sermone potens, tutela omnium,
 Necessariorum, piorum, nobilium, litteratorum,
 5 Et divini verbi præco sanctissimus fuit. Vide ab uno
 Ex amicis tuis, o amicissime, elogium tumulo impositum.
 O fex, o commune paupertatis remedium! O alata
 Verba et sors omnibus haustus!
 Spiritu omnia reliquisti extremo. Te vero hoc unum secutum est,
 10 Hinc sublato tibi gloria semper virens.
 Gregorius hæc scripsi, orationi orationem, quam a te,
 Amphiloche, edidici, mutuum rependens gloriam.

CV. In Amphilochium alium:

Amphilochius obiit; periit, si quod supererat
 Pulchrum inter homines rhetoricæ delubrum:
 Et Gratiae Musis permixtæ, præcipue vero te
 Diocæsariensium luxit patria chara.

CVI. Aliud **.

Parvum quidem sum oppidum; tamen magnum virum dedi
 Tribunalibus juris Diocæsarea
 Amphilochium. Simul vero mortuo commortua et ignea
 Eloquentia, et decus patriæ, quæ optimum pepererat.

CVII. Aliud ***.

Eum qui eloquentia ignea contra adversarios pollebat,
 Et qui melle dulcior erat moribus et pectore,
 Amphilochium teneo exiguus cinis extra patriam
 Filium Philtatii et Gorgoniæ magnum.

* Scriptum an. 375. — Alias Murator. 31. ** Scriptum an. 375. — Alias Murator. 32. *** Scriptum
 an. 375. — Alias Murator. 33.

CV. ΤΙΤ. Ἄλλορ. Forte ἄλλο. Vide τόμ. I, pag.
 44.

† Ἄμφιλοχος. Hic Amphilochius alter fortasse tam
 ab Iconiensi episcopo, quam a superiori, rhetoricam
 cum laude Constantinopoli docuit. Diocæsareæ na-
 tus dicitur, Philtatii et Gorgoniæ filius: nec tamen

idcirco Gorgoniæ Gregorii sororis filius est existi-
 mandus; Gorgoniæ enim maritus fuit Alypius, non
 Philtatius.

CVI. 1 Δῶκα. Cod. Med. δῶκα.

CVII. 2 Γλυκίω. Attice pro γλυκίωα.

METRICA VERSIO.

Facundus, felix, præclarus origine, doctis,
 Cognatis, justis, nobilibusque favens,
 Inclutus et verbi præco. Charissime, busto
 Elogia a chara conspice scripta manu.
 O felix, cunctisque datum medicamen egenis!
 Pennatæ o voces, omnibus unda patens!
 Cuncta reliquisti supremo flamine; sola
 Gloria sublato permanet usque virens.
 Gregorius scripsi hæc, pro verbo verba rependens:
 Hoc a te didici; mutua dona fero.

CV. IN AMPHILOCHIUM ALIUM.

(A. B. Caillau interprete.)

Occidit Amphilocheus; periit, si forte manebat
 Parvum aliquod terræ rhetoricæ adytum;

B Te Musis mixtæ Charites, charissima luxit
 Patria præsertim te Diocæsarea.

CVI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Magnum donavi, quanquam sim parva, ministrum
 Justitiæ soliis, urbs Diocæsarea
 Amphilochem. Simul at periit vis ignea fandi,
 Et patriæ talem parturientis honor.

CVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Qui fandi ignita contra hostes arte valebat,
 Melle cui dulcis mos animusque super,
 Amphilochem cinis extorrem complector egenus,
 Philtatii natum Gorgoniæque bonum.

PH'. Ἄλλο.

Ῥητῆρες, φθέγγοισθε· μεμυκῶτα χεῖλα σιγῇ
Ἀμφιλόχου μεγάλου τύμβος ἔδ' ἀμφίς ἔχω.

PΘ'. Ἄλλο.

Ἦριον Ἀμφιλόχοιο μελίφρονος, ὃς ποτε ῥήτρην
Πάντας Καππαδόκας κάλυπτο, καὶ πραπίσιν.

PI'. *Εἰς Βάσσον.*

Βάσσε, φίλος Χριστῷ μεμελημένος ἔσοχον ἄλλων,
Τῆλε τῆς πάτρης ληιστορὶ χεῖρι δαμάσθης,
Οὐδέ σε τύμβος ἔχει πατρώιος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Πᾶσιν Καππαδόκασιν μέγ' οὐνομα σεῖο λέλειπται,
Καὶ σπῆλαι παγίων μέγ' ἀμείνονες, αἷς ἐνὶ γράφθης.
Γρηγορίου τόδε σοι μνημῆιον, ὄν φιλέσσκας.

A

PIA'. Ἄλλο.

Ὡς Ἀβραάμ, κόλποισι τοῖς ὑποδέχυνσο, Βάσσε,
Σὺν τέκος ἀτρεκέως πνεύματι Καρτέριον.
Αὐτὰρ ἐγὼ, εἰ καὶ με τάφος σὺν πατρὶ καλύπτου,
Οὐποτ' ἀφ' ὑμετέρης στήσομ' ὁμοζυγίης.

PIB'. *Εἰς Νικομήδην.*

Οἴχεσαι, ὦ Νικομήδες, ἐμὸν κλέος· ἡ δὲ συνωρίς
Σὺν καθαρῇ τεκέων πῶς βίον ἐξανύσει;
Τίς δὲ τέλος νηῖν περικαλλεῖ χεῖρ' ἐπιθήσει;
Τίς δὲ Θεῶν πέμψει φρὴν τελέην θυσίην;
Σεῖο, μάκαρ, μυχθέντος ἐπουρανίοισι τάχιστα,
Ἢ γωνεῖ τλήμων, οἶα πάδες, μερόπων!

CVIII. *Aliud*·

Oratores, loquimini; clausa silentio labra
Amphilochii magni ego tumulus contineo.

1152-1153 CIX. *Aliud*·

Sepulcrum Amphilochii melliti, qui olim eloquentia
Omnes Cappadocas superavit et consiliis.

CX. *In Bassum*·

Basse, amice Christo gratissime supra alios,
Longe a tua patria latronum manu oppressus es,
Neque te tumulus habet patrius. Verumtamen
Cunctis Cappadocibus magnum tui nomen relictum est,
5 Et columnæ infixis longe præstantiores, quibus inscriptus es.
Hoc tibi monumentum a Gregorio quem amabas.

CXI. *Aliud*·

Velut Abraham, sinu tuo suscepisti, Basse,
Tuum vere filium spiritu Carterium.
Atque ego, etsi me sepulcrum cum patre claudat,
Nunquam a vestra absistam societate.

CXII. *In Nicomedem*·

Discessisti, o Nicomedes, decus meum; purum autem par
Tuorum filiorum quomodo vitam conficiet?
Quæ vero finem templo splendidissimo manus imponet?
Quæve mens Deo offeret perfectam hostiam?
5 Te, beate, immisto cœlestibus citissime,
O stirps misera mortalium, qualia passa es!

* Scriptum an. 375. — Alias Murator. 34. * Scriptum an. 375. — Alias Murator. 35. *** Scriptum
an. 375. — Alias Murator. 45. **** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 44. ***** Scriptum an. 376.
— Alias Murator. 36.

CVIII. 1 Ῥητῆρες, φθέγγοισθε. Quasi Amphilo-
lochii eloquentia, dum viveret, ipsis ora præclu-
sisset.

CXII. 1 ὦ Νικομήδες. Vide carm. ad Hellanium,
lib. II, sect. 2, carm. 1.

METRICA VERSIO.

CVIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Rhetores, date verba; teco sub marmore muta
Amphilochi tumulus labra silentis ego.

CIX. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Melliti Amphilochi bustum qui splenduit omnes
Cappadocas verbis consiliisque super.

CX. IN BASSUM.

(Eodem interprete.)

Basse super cunctos Christo dilecte, latronum
Te manus, heu! longe patriis oppressit ab oris;
Nec te cippus habet patrius. Tamen omnibus alium
Cappadocis nomen manet alta mente repostum,
Nisque magis claræ quæis gloria scripta, columnæ.

B Hoc a Gregorio monumentum surgit amato.

CXI. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Tu, velut Abrahamus, cepisti felicibus ulnis
Natum, Basse, tuum flamine Carterium.
Ast ego, me quanquam claudat cum patre sepulcrum,
Nolo vestrum unquam linquere concilium.

CXII. IN NICOMEDEM.

(Eodem interprete.)

O mea, cessisti, Nicomedes, gloria: purum
Par sobolis vitam quomodo conficiet?
Quæ claro imponet finem manus inclita templo
Quæ mens sacra feret mystica dona Deo?
Te, felix, citius cœlestia regna petente,
O genus humanum, quæ mala dura tibi!

PIV. Ἄλλο.

Δέρκεο καὶ τύμβον Νικομήδεος, εἴ τιν' ἀκούεις,
 Ὅς νῆδον Χριστῷ δειμάμενος μεγάλῳ,
 Αὐτὸν μὲν πρῶτιστον, ἔπειτα δὲ τὴν περιβωτον
 Δῶκεν ἀγνὴν θυσίην, παρθενίην τεκέων,
 5 Φέρτερον οὐδὲν ἔχων ἱερεὺς γενέτης τε φέριστος·
 Τοῦνεκα καὶ μεγάλη ὤκα μίγη Τριάδι.

PIA. Ἄλλο.

Ἦστατον ἐς βίον ἤλθεος αἰοιδίμον· ἀλλὰ τάχιστα
 Ἔνθεν ἀνηρέθης. Τίς τὰδ' ἔνευσε δίκη;
 Χριστὸς ἀναξ, Νικόμηδες, ὅπως σέο λαὸν ἄνωθεν
 Ἰθύνῃς τεκέων σὺν ἱερῇ δυάδι.

A

PIE. Εἰς Καρτέριον.

Πῆ μὲ λιπὼν παλύμοχθον ἐπὶ χθονί, φιλαθῷ ἑταίρων
 Ἦλυθεσ ἀρπαλέως, κύδιμε Καρτέρει;
 Πῆ ποτ' ἔβης, νεότητος ἐμῆς οἴηλα νωμῶν,
 Ἦμος ἐπ' ἀλλοδαπῆς μύθον ἐμετροσόμην,
 5 Ὅς βίωτῳ μ' ἐνέδησας ἀσάρκετ; ἤ β' ἔτεόν σοι
 Χριστὸς ἀναξ πάντων φιλιτερος, δὴ νῦν ἔχεις.
 Ἄστεροπῆ Χριστοῦ μεγακλέος, ἔρκος ἀριστον
 Ἠϊθέων, ζωῆς ἠνλοχ' ἡμετέρης,
 Μνώσο Γρηγορίου, τὸν ἐπλάσας ἦθεσι κεδνοῖς
 10 Ἦν ὅτε ἦν, ἀρετῆς κοίρανε, Καρτέρει.

CXIII. Aliud.

Vide et tumulum Nicomedis, si quem audis,
 Qui templum cum Christo extruxisset magno,
 Seipsum quidem primum, deinde et illam celebrem
 Dedit puram hostiam virginitatem filiorum,
 5 Nihil præstantius habens sacerdos genitorque optimus:
 Idcirco et magnæ cito mistus est Triadi.

1154-1155 CXIV. Aliud.

Sero vitam amplexus es inclytam, sed citissime
 Hinc sublatus es. Quæ vero hæc permisit justitia?
 Christus rex, o Nicomedes, ut populum tuum de cælo
 Regas cum sacris duobus filiis tuis.

CXV. In Carterium.

Quo me relinquens multis laboribus oppressum in terra, charissime amicorum,
 Raptim abiisti, inclyte Carteri?
 Quonam abiisti, qui juventutis meæ gubernacula regebas,
 Quando in aliena regione verba admeiebar;
 5 Qui vitæ me alligasti incorporeæ? Vere tibi
 Christus rex omnium charissimus, quem nunc possides.
 O fulgur Christi gloriosissimi, tutela optima
 Juvenum, vitæ moderator meæ,
 Memento Gregorii, quem probis formasti moribus
 10 Jampridem, virtutis princeps, Carteri.

* Scriptum an. 376. — Alias Murator. 37. ** Scriptum an. 576. — Alias Murator. 38. *** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 39.

CXIII. 3 Αὐτὸν μὲν. Interpres Græcus, ipsam
 ædem.

5 Ἰερός. Quia filios obtulit, non quod sacerdos
 esset, vel etiam episcopus, ut Muratorio visum
 est.

CXIV. 1 Ἦστατον. Int. tandem ad vitam avolasti
 æternam.

CXV. T. τ. Εἰς Καρτέριον. Nihil de Carterio no-

vimus, quam quod suis epigrammatibus refert
 Gregorius, qui ejus etiam meminuit in carm. ad
 Hellenium.

5 Ἀσάρκετ. Vox est qua solet Gregorius vitam
 monasticam significare

10 Ἦν ὅτε ἦν. Jampridem. Vide lib. II, sect. I,
 carm. XIII, εἰς ἐπισκόπους.

METRICA VERSIO.

CXIII. ALIUD.

(A. B. Caillau interprete.)

Conspice præclari tumulum Nicomedis: Iesu
 Qui cum fundasset splendida templa Deo,
 Se primum oblato, natorum deinde suorum
 Corpora sacro munere casta dedit,
 Mysta nihil genitorque tenens præstantius: unde
 Mistus adorandæ protinus est Triadi.

CXIV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Sero piæ datus es vitæ, sed promptius inde
 Sublatus. Quo res jure peracta fuit?
 Hoc voluit Christus, superis, Nicomedes, ab oris

B Ut nato plebem junctus utrique regas.

CXV. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quonam cessisti, linquens, charissime, terram,
 Carteri amice, nimis quam mala dura premunt?
 Quonam cessisti, primæ dux fide juventæ,
 Hospite metirer cum nova verba solo;
 Qui mihi virginæ strinxisti vincula vitæ?
 Unus amor Christus, quem modo lætus habes.
 O clari fulgur Christi, tutela juventæ
 Firma meæ, et cursus anxia vela regens,
 Gregorii memor esto, probis quem moribus olim
 Formasti, morum prima nitore tenens.

PIΓ'. Ἀλλο.

* Ὡ πηγαὶ δακρύων, ὧ γούνατα, ὧ θυέσσι
 Ἄγνωτάτοις παλάμαι Χριστὸν ἀρρασάμεναι
 Καρτερίου, πῶς λήξῃθ', ἡμῶς πάντεςσι βροτοῖσι;
 Ἦθελεν ὁμνοπῶλον καθεῖ χοροστασίη.

PIZ'. Ἀλλο.

* Πρπασας, ὧ Νικόμηδες, ἐμὸν κέαρ, ἦρπασας ὧκα
 Καρτέριον τῆς σῆς σύζυγον εὐσεβίης.

PIH'. Ἀλλο.

* Ὡ Σωλῶν ζαθέων ἱερὸν πῖδον, οἶον εἰρεῖσμα,
 Σταροσφόρον κάλισας Καρτέριον, κατέχεις!

A ΠΙΘ'. Εἰς τὸν Μέγαν Βασιλεῖον ἐπικήθεια, εἰς ἐπιτάξιον.

Σῶμα διχα ψυχῆς ζῶειν πάρος, ἦ ἐμὲ σέο.
 Βασίλειε, Χριστοῦ λάτρι, φιλ'; ὠλίμην.
 Ἄλλ' ἔτλην, καὶ ἔμεινα. Τί μέλλομεν; Οὐ μ' ἀναείρας
 Θῆσαις ἐς μακάρων, σὴν τε χοροστασίην
 5 Μὴ με λίπης, μὴ, τύμβον ἐπόμνυμι, οὐ ποτε σέο
 Λήσομαι, οὐδὲ θέλων. Γρηγορίοιε λέγος.
 Ἦνίκα Βασιλίῳ θεόφορον ἦρπασε πνεῦμα
 Ἦ Τριάς, ἀσπασίως ἔνθεν ἐπαιγομένου,
 Πᾶσα μὲν οὐρανὴ στρατιὴ γῆθησεν ἰόντι,
 10 Πᾶσα δὲ Καππαδοκῶν ἐστονάχησε πόλις.
 Οὐκ οἶον, κόσμος δὲ μέγ' ἔαχεν. Ὡλετο κήρυξ,
 Ὡλετο εἰρήνης δεσμὸς ἀριπρεπέος.

CXVI. *Aliud* .

O fontes lacrymarum, o genua, o victimis
 Sanctissimis manus Christum placantes
 Carteril, quomodo cessastis, ut cæteri homines?
 Voluit sacrum cantorem illic cœlestis chorus.

CXVII. *Aliud* ..

Rapuiti, o Nicomedes, cor meum, rapuisti cito
 Carterium tuæ socium pietatis.

CXVIII. *Aliud* ***.

O Xolorum divinatorum sacra tellus, quale præsidium,
 Cruciferum vocans Carterium, tenes!

CXIX. *Basilii Magni epitaphia*

Corpus sine anima prius victurum, quam me sine te,
 Basili, amice, Christi servo, existimabam.

1156-1157 Et tamen hoc tuli et mansi. Quid moror in terris? non me hinc sublaturum
 Collocabis in tuo, aliorumque cœlium choro?

5 Ne me, ne me linguas; sepulcrum adjuro; nunquam tui
 Obliviscar, ne quidem si velim. Gregorii hoc dictum est.

Cum Basilii divina sapientis rapuit spiritum

Trinitas, libentissime hinc excedentis,
 Totus quidem cœlestis exercitus gavisus est eunte;

10 Omnis autem Cappadocum ingemuit civitas:

Non solum autem illa, sed mundus voce clamavit: Periit præco,
 Obiit pulcherrimæ pacis vinculum.

* Scriptum an. 376. — Alias Murator. 40. ** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 41. *** Scriptum an. 376. — Alias Murator. 42. Scriptum an. 379. — Alias Bill. 65. pag. 152.

CXVI. 2 Ἄγνωτάτοις. Forte ἀγνωστάταις.

CXVIII. 4 Σωλῶν. Nomen videtur esse aut populi, aut loci cujuspiam, in quo sepultus fuit Carterius. MURAT.

CXIX. Tit. Εἰς τὸν Μέγαν, etc. Reg. 993 ἐπιγράμμα εἰς τὸν τάφον τοῦ Μεγάλου Βασιλείου. In

cod. Reg. 1277 epitaphium illud in plura dividitur.

5 Λίπης. Reg. 993 λίποις.

6 Οὐδὲ θέλων. Ita A. Colb. Edit. οὐδ' ἐθέλων.

10 Ἐστονάχησε. Reg. 993 ἐστονάχισσε.

METRICA VERSIO.

CXVI. ALIUD.

(A. B. Caillan interprete.)

O lacrymæ, flexumque genu, donisque sacrata
 Carterii placans dextera munda Deum,
 Quomodo cessastis, cunctorum more virorum?
 Cantorem superus jussit adesse chorus.

CXVII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Cor nostrum citius, Nicomedes clare, tulisti,
 Carterium, similem religione tibi.

CXVIII. ALIUD.

(Eodem interprete.)

Quod intamen habes, Xolorum terra sacrata,
 Carterium vocitans, qui crucis arma gerit.

B

CXIX. BASILII MAGNI EPITAPHIA.

(Fed. Morello interprete.)

O Christi cultor, Basili, prius ipse putaram
 Absque animo corpus vivere, quam sine te.
 Usque tuli tamen, ac mansi. An cunctamur abire?
 Quin me hinc raptum ad te cœlicolasque vocas?
 Ah! ne me hic linguas: testor tua, magne, sepulcra,
 Non te ultro excutiet pectore Gregorius.
 Cum divini animam Basilii Numen olympo
 Evexit cupidam has deseruisse plagas,
 Cœlestes acies delectabantur eunte:
 Ast urbs et tellus Cappadocum ingemuit.
 Atque simul mundus vocem edidit: Occidit almus
 Præco ille, et vinculum fœderis eximii.

Κόσμος ὅλος μύθοισιν ὅπ' ἀντιπάλοισιν ἀεικῶς

ἔσεται, ὁ Τριάδος κλῆρος δημοθενέος.

15 Ἀ?, αἰ! Βασιλίου δὲ μεμυκότα χεῖλα σιγῆ·

Ἐγρο, καὶ στήτω σοῖσι λόγοισι σάλο,

Σαῖ; τε θυηπολήσι. Σὺ γὰρ μόνος Ἰσον ἐφηνας,

Καὶ βίβτον μύθῳ, καὶ βίβτῃ λόγον.

FI; Θεὸς ὠψιμέθων· ἕνα δ' ἄξιον ἀρχιερῆα

20 Ἡμετέρῃ γενεῇ εἶδὲ σε, Βασίλειε,

Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐρηγεία, δμμα φαεινὸν

Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλεσι λαμπόμενον.

Πόντου Καππαδοκῶν τε μέγα κλέος εἰσέτι καὶ νῦν,

Ἀισσαμ', ὑπὲρ κόσμου Ἰσασο δῶρ' ἀνάγων.

25 Ἐνθάδε Βασσιλίῳ Βασίλιον ἀρχιερῆα

Θέντο με Καισαρέες, Γρηγορίῳ φίλον,

Ἄν περι κῆρι φίλῃσα· Θεὸς δὲ οἱ εὐδία δότι

Ἄλλα τε καὶ ζωῆς ὡς τάχος ἀντίσσαι

A Ἡμετέρης. Τί δ' ὄναιεπ ἐπὶ χθονὶ δηθύνοντα

30 Τῆκεσθ' οὐρανής μνωόμενον φίλης;

Τυτὸν ἐτι πνεῖσεσες ἐπὶ χθονὶ· πάντα δὲ Χριστῷ

Δῶκας ἄγων, ψυχῆν, σῶμα, λόγον, παλάμας,

Βασίλειε, Χριστοῦ μέγα κλέος, ἔρμ' ἱερῶν.

Ἐρμα πολυσχίστου νῦν πλέον ἀτρεκίης.

35 Ἄ λόγοι, ὦ ξυνοῦ φίλης δόμος, ὦ φίλ' Ἀθῆναι,

Ἄ θεῖου βίβτου τηλόθε συνθεσάι!

Ἰστε τὸδ', ὡς Βασίλειος; ἐς οὐρανὸν, ὡς ποθέσεσε,

Γρηγόριος δ' ἐπὶ γῆς, χεῖλεσι δεσμὰ φέρων.

Καισαρέων μὲν' ἄισμα, φαάντατε ὦ Βασίλειε,

40 Βροντῆ σεῖο λόγος, ἀστεροπῆ δὲ βίος.

Ἄλλὰ καὶ ὡς ἔδρην ἱερῆν λίπεσ· ἤθελεν οὕτω

Χριστὸς, ὅπως μίξη σ' ὡς τάχος οὐρανοῖς.

Ἐνθεα πάντ' ἐδάς τοῦ Πνεύματος, ὅσα τ' ἔσαι

Τῆς χθονίης σοφίης. Ἐμπνεσον ἱδὸν ἐης.

Mundus totus doctrinis contrariis turpiter

Concutitur, dominium Trinitatis cuius una est potentia.

15 Eheu, eheu! Basili clausa sunt labia silentio.

Excitare, ac cesset tuis verbis tempestas,

Tuisque sacrificiis. Tu namque solus illuminasti

Et vitam doctrina, et vita doctrinam.

Unus Deus alte regnans; unum autem dignum antistitem

20 Nostra ætas vidit te, Basili,

Nuntium veritatis magnisonum, clarissimum oculum

Christianorum, animæ multiplici pulchritudine fulgentem.

Ponti et Cappadocum magnum decus etiam nunc,

Supplico, pro mundo stes dona offerens.

25 Hic Basili filium Basilium pontificem

Posuerunt me Cæsarienses, Gregorii amicum

Quem ex corde amavi: Deus illi prospera omnia tribuat,

Aliaque, et vitam quam primum consequi

Nostram. Quæ utilitas in terra diutius commorantem

30 Contabescere, cælestis memorem amicitia?

Modicum adhuc spirabas in terra: omnia autem in Christo

Dono obtuleras, animam, corpus, eloquentiam, manus:

Basili, Christi magna gloria, columen sacerdotum,

Columen in multas partes nunc sectæ veritatis.

35 O sermones, o communis amicitia domus, o claræ Athenæ,

O divina vitæ antiqua consortia!

Scitote hoc, quod Basilius in cælum, ut cupiebat, evolavit:

Gregorius autem in terris versatur, labiis vincula ferens.

Cæsariensium magna gloria, o illustrissime Basili,

40 Tonitruum erat oratio tua, fulgur autem vita.

Nihilominus tamen sacram sedem reliquisti; sic voluit

Christus ut jungeret te quam celerrime cœlitibus.

1158-1159 Profunda omnia noras Spiritus, et quæcunque sunt

Terrenæ sapientiæ. Viva victima eras.

15 Βασσιλίῳ. Ita legendum propter metrum, et pariter alibi. Edit. male Βασιλείῳ.

31 Ἐπὶ χθονὶ. Edit. male ἐπὶ χθονοῖ.

35 Ἄ λόγοι. Reg. 993, ὦ μῦθοι.

43 Τοῦ. Ita Reg. 1277. Edit. τᾶ.

44 Τῆς χθονίης. Reg. 993 et A. Colb. τοῖς χθονοῖς.

METRICA VERSIO.

Adversis fœde quatitur sermonibus orbis.

Quæ Triadis pars est, viribus æquilibris:

Eheu! sunt Basili clausa libella silentis:

Surge, age, consistat voce procella tua,

Postia et augusta. In te consona namque fuerunt,

Sermoni vita, et moribus eloquium.

Altitonans, Deus unus; at unum nostra decentem

Te Basili, norunt, sæcula pontificem,

Clarum veri præconem, lumenque coruscum

Christicolis, animi nempe decore nitens.

Ponti et Cappadocum laus ingens, oro, beate,

Ut pro mundo stes, dona ferasque Deo.

Hoc me pontificem Basilium Cæsarienses

Ornarunt tumulo, Gregorii socium,

Et animo mihi dilectum, huic felicia cuncta

Det Deus, ut vitam hanc obtineatque cito.

ΠΑΤΡΟΛ. GR. XXXVIII.

B Quid tabescentem juvat in tellure morari,

Quæstro cælestis percitum amicitia?

Paululum adhuc terris spirabas, omnia Christo

Largitus, mentem, pectora, verba, manus,

O Basili, magnum Christi decus, arx sacra mystis,

Et vero secto in plura columna patens.

O studia, amplaque amicitia domus, o bonæ Athenæ,

O vitæ sanctæ pacta beata diu!

Scitote ut voti compos Basilius in axe est,

Gregoriusque suis vincula fert labiis.

Cæsareæ, Basili, cultorum amplissima fama,

Sermo tuus tonitru, vitaque fulgur erat.

Sic tamen augustam liquisti, maxime, sedem,

Cum Christo placuit te petere astra cito.

Omnia Flaminis augusti penetralia noras,

Terrenæ et sophiæ, victima viva Deo.

45 Ὀκταετής λαεῖο θεόφρονος ἡνία ταίνας·
 Τοῦτο μόνον τῶν σῶν, ὦ Βασίλει', ὀλίγον.
 Χαίροις, ὦ Βασίλειε· καὶ εἰ λίπες ἡμέας ἔμπης,
 Γρηγορίου τόδε σοι γράμμ' ἐπιτυμβίδιον,
 Μῦθος ἰδ', ὃν φιλέεσκες· ἔχεις χρέος, ὦ Βασίλειε,
 50 Τῆς φίλης, καὶ σοι εὐρον ἀπευκτότατον.
 Γρηγόριος, Βασίλειε, τεῆ κοινή ἀνέθηκα
 Τῶν ἐπιγραμματίων τήνδε δωδεκάδα.

PK'. *Εἰς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν τοῦ ἀγίου Βασιλείου.*

Παρθένον αἰγλήεσαν ἔχω κόνης, εἰ τιν' ἀκούεις
 Μακρίναν Ἐμμελλίου πρωτότοκον μεγάλης,

A Ἡ πάντων ἀνδρῶν λάθειν δρματα, νῦν δ' ἐνὶ πάντων
 Γλώσση, καὶ πάντων φέρτερον εὐχος ἔχει.

PKA'. *Εἰς Εὐσέβιον καὶ Βασίλισσαν.*
 Εὐσέβιος, Βασίλισσα, μεγαλλέες ἐνθάδε κίενται
 Ξωλῶν ἡγαθέων θρέμματα Χριστοφόρα,
 Καὶ Νόννης ζαθίης ἱερὴν δέμας. Ὅστις ἀμείβεις
 Τοῦσδε τάφους, ψυχῶν μῦσο τῶν μεγάλων.

PKB'. *Εἰς Γεώργιον.*

Καὶ σὺ, Γεωργίτιο φίλον δέμας, ἐνθάδε κείσαι,
 Ὅς πολλὰς Χριστῷ πέμφας ἀγνὰς θυσίας.
 Σὺν δὲ κασιγνήτῃ σῶμα, φρένας, ἡ Βασίλισσα
 Συὸν ἔχει μεγάλη καὶ τάφον, ὡς βίον.

45 Octo annos pii populi habenas tenuisti ;
 Hoc solum in tuis rebus, o Basili, parvum est.
 Vale, o Basili ; et licet nos reliqueris,
 A Gregorio hoc tibi est epitaphium,
 Ille sermo, quem amabas ; habes persolutum tibi debitum, o Basili,
 50 Amicitiae, et oblatum tibi donum tristissimum.
 Gregorius, Basili, tuæ favillæ obtuli
 Epigrammata hæc duodecim.

CXX. *In Macrinam sancti Basilii sororem .*

Virginem nobilem tumulus habeo, si quam audis
 Macrinam Emmelii primogenitam magnæ,
 Quæ omnium virorum oculis latuit, nunc vero in omnium
 Lingua fertur, et omnium optimam gloriam habet.

CXXI. *In Eusebium et Basilissam .*

Eusebius et Basilissa, illustres hic jacent,
 Xolorum divinatorum alumni Christiferi,
 Et Nonnæ eximiae sacrum corpus. Quicumque præteris
 Hos tumulos, animarum memento magnarum.

CXXII. *In Georgium .*

Tu quoque, Georgii amicum corpus, hic jaces,
 Qui multas Christo obtulisti puras hostias.
 Simul autem germana corpore et mente Basilissa
 Magna commune habet sepulcrum, ut vitam.

* Scriptum an. 380. — Alias Murator. 131. ** Scriptum an. 382. — Alias Murator. 46. *** Scriptum an. 384. — Alias Murator. 50.

49 Χρέος. Reg. 993, χειρός.
 51 Τεῆ κοινή. Reg. 993, τεῆ κόνει τεῆδ' ἀνέθηκα.
 A. Colb. τεῆ κόνη τεῆδ' ἀνέθηκα.
 52 Δωδεκάδα. Duodecim revera in partes dividitur carmen, quarum prima extenditur a primo versu ad septimum, secunda a septimo ad decimum tertium ; tertia a decimo tertio ad decimum nonum ; quarta a decimo nono ad vicesimum quintum ; quinta a vicesimo quinto ad tricesimum primum ; sexta a tricesimo primo ad tricesimum quin-

tum ; septima a tricesimo quinto ad tricesimum nonum ; octava a tricesimo nono ad quadragesimum tertium ; nona a quadragesimo tertio ad quadragesimum quintum ; decima a quadragesimo quinto ad quadragesimum septimum ; undecima a quadragesimo septimo ad quadragesimum nonum ; duodecima a quadragesimo nono ad quinquagesimum primum ; post quam sequitur conclusio.

CXXI. *Ἡ Βασίλισσα.* Infra carm. sequenti Georgius Basilissæ frater appellatur.

METRICA VERSIO.

Octonis annis populi es moderatus habenas
 Christicolæ, inque tuis hoc fuit exiguum.
 O Basili, valeas ; ut sint tibi nostra relicta,
 Hoc tibi Gregorii funebre carmen habes,
 Sermoneque olim tibi charum. Debita amoris
 Nempe soluta tibi tristia dona mihi.
 Gregorius, Basili, ecce tuo cineri ista sacravi,
 Quæ bis sex constant metra epigrammatibus.

CXX. *IN MACRINAM SANCTI BASILII SOROREM.*

(A. B. Caillau interprete.)

Macrinam teneo claram ferale puellam,
 Marmor, quam primo protulit Emmelium :
 Quæ cunctos fugiens oculos, nunc fertur in ora
 Cunctorum, et magnum nomen ubique tenet.

B CXXI. *IN EUSEBIUM ET BASILISSAM.*

(Eodem interprete.)

Eusebius Basilissa, jacent hic, nomine clari,
 Divinæ Xolæ pignora christifera,
 Et sacre corpus Nonnæ: Quicumque sepulcris
 Obvius, ah ! mentes mente repone pias.

CXXII. *IN GEORGIUM.*

(Eodem interprete.)

Hic caro tu recubas chari dilecta Georgi,
 Cujus dextra dedit munera pura Deo ;
 Et tecum Basilissa simul ; commune sepulcrum
 Possidet, ut vitam, corpore, mente soror.

PKF. *Εἰς Θεοσεβίον ἀδελφὸν τοῦ Μεγάλου Da- A*
σιλείου.

Καὶ σὺ γὰρ, Θεοσεβίον, κλεινῆς τέκος Ἐμμελίου,
Γρηγορίου μεγάλου σύζυγε ἀτρέκῳ,
Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν ὑπέδου χθόνα, ἔρμα γυναικῶν
Εὐσεβέων· βίβου δ' ὤριος ἐξελύθη.

PKΔ'. *Εἰς Φιλτάτιον.*

Ἦθηον μεγάλοιο μέγαν κοσμητορα λαοῦ,
Χθῶν ἱερῇ κεῦθω Φιλτάτιοιο δέμας.

PKΕ'. *Εἰς Γρηγόριον.*

Γρηγόριον μῆτρως, ἱερὸς μέγας, ἐνθάδ' ἔθηκεν,
Γρηγόριος, καθαρὸς μάρτυσι παρθέμενος

CXXIII. *In Theosebium Magni Basilii sororem*.

Tu quoque Theosebium, inclytæ filia Emmelii
Gregorii magni vere compar,
1160-1161 Hic sacram subisti humum, colan:en feminarum
Piarum: vita vero mature excessisti.

CXXIV. *In Philtatium*.

Adolescentem, magni magnum moderatorem populi,
Tellus sacra tego Philtatii corpus.

CXXV. *In Gregorium*.

Gregorium avunculus, sacerdos magnus, hic composuit
Gregorius, juxta pueros martyres collocans
Juvenem, florentem, impubem. Antea vero
Conceptæ senectutis alendæ spes sunt cinis.

CXXVI. *In Maxentium*.

Sanguine illustri satus, regis in aula
Fui. Supercilium extuli superbum. Omnia evertit
Christus, cum me vocavit. Per varias vitæ semitas
Fixi vestigia, desideriorum arbitrio, donec inveni
5 Viam certam. Christo subegi corpus laboribus plurimis,
Et nunc levis in altum Maxentius illinc avolavi.

CXXVII. *Aliud*.

Palpitat mihi cor, Maxentie, tuum scribens
Nomen, qui duram confecisti viam vitæ,
Mortalibus inviam, excelsam, injucundam. Ad tuum, optime,
Sine tremore sepulcrum Christianus non accedet.

* Scriptum an. 585.—Alias Murator. 152. ** Scriptum incerto tempore.—Alias Murator. 45. *** Scri-
ptum incerto tempore.—Alias Murator. 153. **** Scriptum incerto tempore.—Alias Murator. 154.
***** Scriptum incerto tempore.—Alias Murator. 155.

CXXIII. 2 *Σύζυγε*. Forte diaconissa fratris sui
Gregorii Nysseni episcopi, quem Theologus *magnum*
appellat. Mirum quam multas et quam falsas ex hoc
epitaphio conjecturas faciat Muratorius, quem re-
fellimus in Dissertatione de perpetua Gregorii no-
stri virginitate. Vide tom. I, Præfat.

CXXV. *Τίτῳ*. *Εἰς Γρηγόριον*. Quis ille sit Gre-

Ἦθηον, θαλέθοντα, νεόχοον. Αἱ δὲ πάροιθεν
Τῆς γηροτροφῆς ἐλπίδας εἰσι κόνις.

PKΓ'. *Εἰς Μαξέντιον.*

Αἵματος εὐγενέος γενόμεν· βασιλῆος ἐν αὐλαῖς
Ἔστην. Ὅφρῶν ἀεῖρα κενόφρονα. Πάντα σκέδασσε
Χριστὸς, ἐπεὶ μ' ἐκάλεσσε. Βίου πολλαῖσιν ἀταρπῶι;
Ἰχνος ἔρεισα, πόθοιο τινάγμασιν, ἔχρις ἀνεῦρον
5 Τὴν σταθερὴν. Χριστῷ τῆξα δέμας ἄλγεσι πολλοῖς;
Καὶ νῦν κοῦφος ἄνω Μαξέντιος ἐνθεν ἀνέπτῃν.

PKZ'. *Ἄλλο.*

Ἰάλλετ' ἐμοὶ κραδίη, Μαξέντιε, σετο γράφουσα
Ὀνόμα, ὅς στυφελὴν ἤλαθε ὄδον βίβου,
Ἄμβροτον, αἰπήσσαν, ἀτεροπέα. Σεῖο, φέριστε,
Ἄτρομος οὐδὲ τάφῳ Χριστιανὸς παλάσει.

METRICA VERSIO.

CXXIII. IN THEOSEBIUM.

(A. B. *Caillau interprete.*)

Theosebium Emmelii clarissima filia magnæ,
Extimii compar inclytæ Gregorii,
Corpus humo sacræ mandasti, gloria gentis
Femineæ; cecidit tempore vita suo.

CXXIV. IN PHILTATUM.

(*Eodem interprete.*)

Hic magnum magnæ rectorem plebis ephubum,
Philtatii corpus terra sacrata tego.

CXXV. IN GREGORIUM.

(*Eodem interprete.*)

Gregorium, sacer hic princeps, et avunculus olim
Gregorius posuit martyribus socium,
Florentem, impubem, juvenem. Concepta fovenda;

B Sed prius heu! scilicet spes abijt in cineres.

CXXVI. IN MAXENTIUM.

(*Boivinio interprete.*)

Clara stirpe satus, regalem admittor in aulam.
Grande supercilium attollo. Mox omnia Christus
Dissipat, errantem revocans. Vestigia flecto
Per varias incerta vias, jactantibus auris
Votorum, donec vita via certa reperta est.
Ærumnis corpus variis tibi, Christe, subegi.
Nunc levis alta super redeo Maxentius astra.

CXXVII. ALIUD.

(A. B. *Caillau interprete.*)

Cor tremit ecce tuo, Maxenti, nomine scripto,
Qui duram egisti per cava saxa viam,
Molibus ingratis abruptis. Quis, clare, sepulcrum,
Quis pius absque nielu posses adire tuum?

PKII. *Eis Eupraxior.*

Χώρας τῆσδ' ἱερῆς Εὐπράξιον ἀρχιερεῖα
 Ἥδ' Ἀριανζεῖν χθῶν μεγάλη κατέχω,
 Γρηγορίου φίλον, καὶ ἠλικά, καὶ συνοδίτην·
 Τούνεκα καὶ τύμβου γέτονος ἠντίασεν.

PKΘ. *Eis Παῦλον.*

Ἄπορον βίου τὸ τέρμα· ὅ Βλέπε πῶς τὰ πάντα
 Διὸ μὴ τρέχε ἀδύλως. [κόνις,
 Ἄρετὴν δίωξον, γὰ Πάντα δ' αὖ πάλιν τέρρα.
 Ἐκείθεν ὄλον ἐδρήσης. Ὅσα γὰρ κόσμος ἔχει,

A Τύμβος ὄντως ἀφέξει.

Βίος οὐ πέφυκε μένειν·

10 Πόα εὐμάραντος ἔστιν.

Ἄνυπαρκτός ἔστιν ἄλθος,

Ἄτυπωτόν ἔστιν ἔχνος.

Γοερὸν κενῶσα δάκρυ,

Ἐμὸν εἰς τάφον τεκοῦσα,

15

Ὅπερ εἰ μόνον δοκαύσεις,

Κραδίης πόνον συνέξεις.

Δακρῶν γέμουσι τύμβοι,

Ἄπλέτων γέμουσιν ὀ-

[κτων·

20 Ὅ γὰρ εἰς τάφον προ-

[κύψας,

Συνέλεξεν ἔνδον ἄλθος.

Ἐμὸν εἰς δέμας τὸν δμμη

Διάρας, σκόπτει γυῖα·

Ἐμὲ γὰρ βάδαμον ὠσπερ

25 Νέον ἐξέκοψεν φθῆς.

Ζοπερὸν δόμον πετάσα,

CXXVIII. *In Eupraxium*

Provinciae hujus sacrae Eupraxium pontificem
 Arianzae tellus magna complector,
 Gregorii amicum, aetate parem, et synoditam:
 Propterea et tumulum vicinum consecutus est.

1162-1163 CXXIX. *In Paulum*

Incertus vitae finis;
 Quare ne in incertum curras.
 Virtutem sectare, ut
 Hinc discedens beatam vitam reperias.
 5 Cerne quomodo omnia pulvis,
 Omnia autem iterum cinis.
 Quidquid enim mundus continet,
 Sepulcrum sane sibi vindicabit.
 Vita non potest permanere:
 10 Herba est marcescens,
 Ficta est felicitas,
 Male impressum vestigium.
 Acerbas profundens lacrymas,

Meum in tumulum parens
 15 Cadaver intulit.
 Quod si solum attenderis,
 Anxius in animo curas habebis.
 Lacrymis referti sunt tumuli,
 Ingentibus referti sunt doloribus.
 20 Qui enim in sepulcrum prospicit,
 Acervat animo dolorem.
 In corpus meum oculos tuos
 Conjiciens, cerne membra;
 Me etenim velut surculum
 25 Tenellum excidit orcus.
 Tenebrosam domum recludens,

* Scriptum incerto tempore. — Alias Murator. 51. pag 179.

** Scriptum incerto tempore. — Alias Bill. 105.

CXXVIII. TITUL. *Eis Eupraxior.* Eupraxius ille est forsam de quo Gregorius scribit ad Eusebium Samosatensem episcopum in exilio argentam, epist. 65, olim 30: *Quantum mihi semper charus fuit, atque inter sinceros amicos venerabilis frater noster Eupraxius, etc., sed diversus ab iis de quibus infra in Epigrammate III, olim 184.*

3 *Synoditēn.* Id est *canobitam.* Socrat. *Hist. eccles.*, lib. IV, cap. 25, memorat τούτους ἐν κοινωδίαις, ἢ συνοδοῖς μοναχοῦς, *monachos canobitas, aut synoditas.*

4 *Γέτορος.* Vicinus enim Arianzus pagus, ubi degebat Gregorius.

CXXIX. TIT. *Eis Παῦλον.* Quis sit hic Paulus, non satis constat.

4 *Ἐδρήσης.* Forte legendum εδρης propter metrum. CAILLAU.

15 Hic Billius credit unum deesse

